



# **Imagines elegantissimæ : quæ multum lucis ad intelligendos doctrinæ Christianæ locos adferre possunt,**

<https://hdl.handle.net/1874/416649>

# IMAGINES

ELEGANTISSIMAE

QVÆ MVLTVM LVCIS AD

intelligendos doctrinæ Christianæ locos ad-

ferre possunt, Collectæ, partim ex prælectio-

nibus Domini Philippi Melanthonis,

partim ex scriptis Patrum.

A

IOHANNE COGELERO.

Verbi diuini ministro Stetini.

CVM PRÆFATIONE

D. Georgij Maioris.



VITEBERGÆ.

ANNO                       
M. D. LX.

IMAGINES

RELEGANTISSIMAE

AD

RELEGANTISSIMAE

RELEGANTISSIMAE

RELEGANTISSIMAE

RELEGANTISSIMAE

RELEGANTISSIMAE

RELEGANTISSIMAE



VITBERGAE

ANNO M. D. LX.

# S. D. LECTORI.

GEORGIVS MA-  
IOR D.



OTVM HOC PVL-  
cherrimum opifici-  
um ac theatrum coe-  
li, terræ & creatura-  
rum omnium, ideo  
conditum ac factum  
est tanta arte & sa-  
pientia, ut conditorem Deum mon-  
stret, Ac testimonium sit hanc machi-  
nam mundi non extitisse, nec manere  
casu, sine sapientia, uoluntate, aut con-  
silio architecti. Nam adeo sunt mira-  
bilia omnia in toto hoc opere q̄ ocu-  
lis intuemur, ut necesse sit fateri esse  
architectum ac conditorem sapientem  
& omnipotentem, qui gubernet ac ser-  
uet hæc omnia. Nec potest quisq̄ tam  
furiosus esse, nisi fascinatus sit à diabo-  
lis, ut intuens pulcherrima & ordinat-  
issima corpora cœli & eorum motus,  
ac motuum uices, ordinem ac harmo-  
niam, & tamen neget esse Deum, qui  
A 2 con-

AD LECTOREM.

condiderit ac seruet hæc omnia suo consilio.

Deinde in architectatione corporum quæ sunt in terra, hominum, brutorum, stirpium, plantarum, gemmarum & si qua sunt alia. Tanta elucet conditoris sapientia, & evidentissima præsentia, ut impossibile sit animum humanum non affici ac moueri mirifice ad agnoscendam & prædicandam sapientissimi conditoris benignitatem.

Profecto una hominis structura & architectatio ita facta est, ut ferreum & adamantinum esse oporteat, qui inuens seipsum aut filiolos suos, non fateatur inenarrabili consilio ac bonitate Dei nasci & seruari hominum naturam. Quantum miraculum est in formatione & conseruatione fœtus in utero materno: et postea in partu cum infans producendus est: postquam uero prodijt ex utero infans, quam mirifica sapientia & bonitate Deus & nutrimenta corporibus, & fere singulis

AD LECTOREM.

lis membrís & humoribus cognata  
remedia attribuit? Ipsa uero structura  
& dispositio omnium partium homi-  
nis quanta arte facta est, & quantis mi-  
raculis gubernatur ac seruatur.

Hæc omnia intuens quis & furens  
ter negans esse DEVM sapientem &  
bonum qui condiderit & seruet ista,  
ne hominis quidem nomine dignan-  
dus est.

Quod dicimus de hominum stru-  
ctura & fabricatione, Idem & de cæ-  
teris animantibus stirpibus, plantulis,  
Gemmis, alijsq; rebus creatis cogitan-  
dum est, esse ea testimonia de Deo &  
de prouidentia. Nam profecto de his  
omnibus eodem modo, uerum est qd  
dicit eruditiss: Stigelius: Præsentemq;  
refert quælibet herba DEVM.

Quid est mirabilius quam rerum  
plurimarum naturalis  $\sigma\upsilon\mu\pi\acute{\alpha}\delta\epsilon\alpha$   $\eta\gamma\acute{\alpha}\nu$   
 $\acute{\upsilon}\pi\acute{\alpha}\delta\epsilon\alpha$ , quæ ipsa ostendit hunc mun-  
dum non casu ex atomis conflatum  
esse, ut Epicuræi furenter contende-

AD LECTOREM.

runt, Sed esse Deum qui condiderit ac  
seruet hanc seu cognitionem seu pur-  
gnantiam rerum naturalem magna  
sapientia & bonitate.

Adhibuit autem tantam sapientiam  
Deus conditor, Non tantum ideo ut  
assensionem de providentia & de ipso  
confirmaret, sed ut huic operi suæ er-  
ga nos uoluntatis, & mysteriorum  
quæ in Ecclesia ostendere ac exhibere  
decreuit, commonefactiones & ima-  
gines plurimas aspergeret, ut animi  
intuentes hunc ordinem corporum  
mundi, simul & maiora illa & admiras-  
bilia opera in Ecclesia cogitarent, &  
his tenuioribus cōmonefacti ad amo-  
rem & considerationem maioris sapi-  
entiæ & bonitatis adducerentur.

Cumq; opera Ecclesiæ exhibenda  
superent omnium creaturarum captū  
& sapientiam. Et in illis imaginibus  
ac simulachris rerum creaturarum tan-  
quam in ænigmate proposita & pro-  
cul adumbrata sint. Ipse inenarrabili  
boni

AD LECTOREM.

bonitate etiam hæc inuolucra & monu-  
 numenta rerum absconditarum in Ec-  
 clesia primum monstrauit, & ostensa  
 subinde seruauit ac propagauit misso  
 Filio, Patribus, Prophetis, Apostolis,  
 & omnibus cæteris doctoribus, quo-  
 rum ministerio in colligenda & docen-  
 da Ecclesia usus est.

Voluit enim conspici & agnosci hic  
 conditor, & benignissimus reparator  
 et saluator Ecclesiæ. Et utrunq; ipse ser-  
 uauit & illustrauit. Primum, Verbum  
 quod est ac fuit omnibus temporibus  
 Ecclesiæ proprium, quod perspicue &  
 sine inuolucris de ipsius erga nos uo-  
 luntate & beneficijs per Filium exhibi-  
 tis concionatur, cum quo subinde  
 est & fuit efficax Filius ad Ecclesiam  
 missus dominus noster Iesus Christus.  
 Deinde seruauit & illustrauit in Ec-  
 clesia etiam ænigmata illa & imagines  
 horum operum in rebus conditis, quia  
 aspici eas uoluit, & in usu rerum quo-  
 tidia-



AD LECTOREM.

tidiano suæ benignitatis & misericordiæ cogitationem ac celebrationem exuscitari.

Ac fuit in Ecclesia omnibus temporibus uerbo ac uoci diuinæ etiam coniuncta Physica sapientia rerum naturalium. Et ornamentum Ecclesiæ præcipuum fuerunt post uocem diuinam hæc imagines rerum Physicarum, quibus delectatos fuisse eruditos ac sapientes Patres, Prophetas ac doctores Ecclesiæ, testantur eorum libri & reliquæ historiæ. Suntque creberrimæ usurpatæ rerum physicarum imagines in scriptis Prophetis & Apostolicis, haud dubie eo consilio, ut & de rebus ipsis docerentur præ illustrius, & in cogitatione earum aliquandiu quasi fixerentur.

Quantis de rebus existimabis commonefactos esse primos parètes, cum primum uestitos folijs ficus, postea Deus alio indumento ex uellere ouis circumdedit; Haud dubie ipse filius Dei

Dei ipsos erudiuit ac docuit, Quid folia illa ficus, & uestis ex uellere ouis significaret.

Ficus nunquam floret, & prorumpit fructus antequam folia prodeunt, Cumq; reliquis arboribus sub folio pomum sit, ut protegatur, una ficus supra folium, quod habet maximū umbrifissimumq; gestat fructum, eumq; facillime ante maturitatem perdit. Estque geminus fructus primum ὄλωδοι seu grossi prodeunt, qui non maturefcunt, postea uero dulces ficus subsequuntur. Suntq; in ficis, ut inquit Plinius, mirabiles abortus non maturefcetes, & arbori ipsi uita breuis.

Haud dubiè imago est disciplinæ, qua se amissis ueris & realibus bonis æternis tegere & ornare primi parentes conantur cum folia ficus sibi induunt. Ita enim perpetuo spes magnas ingentium meritorum misera & sordida natura subito sibi somniat, cum qualibuscunq; uirtutum exteriorum

A D L E C T O R E M.

seu disciplinæ ornamentis, se circum-  
 dedit, sed reuera, ut præcoces seu gros-  
 si, prodeunt illæ dulces spes, sine folijs,  
 id est, sine meritis, & sine uero & inte-  
 gro uirtutis decore, qui ipse quantu-  
 cunq; est postea subnatis folijs, id est,  
 crescente studio & desiderio ueræ uir-  
 tutis immaturum & præcocem fru-  
 ctum tantum quomodocunq; ornat.  
 Ne turpitude tanta appareat, quanta  
 reuera est naturæ miserrimæ ac perdi-  
 tæ. Atq; & <sup>ὄλιγον</sup> tandem uel flacces-  
 cunt & arefiunt, uel prorsus pereunt.  
 Ita hæc spes meritorum disciplinæ, in  
 ueris doloribus & terroribus peccati  
 & iræ D E I tandem euanescent & in  
 morte hominem relinquunt.

Cum uero filius Dei uenit & hæc  
 folia ficus alio nouo uellere seu indu-  
 mento suæ obedientiæ, uictimæ ac me-  
 riti superinduit, & has bonas spes nos-  
 trorum meritorum remouet. Tunc  
 primum dulcescit disciplina, ut ficus  
 dulces postremo subsequuntur, & ut  
 uita

AD LECTOREM.

uita breuis ac fragilis est arbori, Ita & disciplina omnibus fere momentis in periculo est, ne a Diabolis & infirma hominum natura impediatur, uel ipsa mole rerum ac negotiorum in uita obruatur. Hęc significata & enarrata esse primis parentibus non est dubium.

Ita & Noha cum Columba ab ipso emissa ex arca reuerteretur cum ramo oleæ gestato in ore, Haud dubie cogitauit ac considerauit cuius rei significatio ipsi exhiberetur, Nam & oleæ & balsami naturam intellexit, Quæ ut gratissima & certissima sunt cordis & totius hominis remedia, Ita uocem Euangelij & promissionis spargendam toto orbe terrarum presentissimum et certissimum remedium aduersus diluuiâ pectorum esse non dubitauit, Nec uel fragilitate huius ramusculi mouetur, nec columbæ uilitate quæ ore suo oleam ei offert. Ita non oportet moueri animos fragilitate aut uilitate uocis Euangelij, uel ministrorum  
qui

AD LECTOREM.

qui uocem illam inter pericula & erumnas ingentes, & diluuiâ crucis terribilia circumferunt, sed oleæ & balsami uis ac efficacia fide consideranda & complectenda est.

Quid est dulcius quam quod Patriarchæ Jacob significatur uenienti in Luza, seu ut postea nominat Bethel Gen. 35. Nam cum post multorum annorum iactationes & pericula tandem conuiescendum sibi in Luza uideret. Haud dubie ipse quoq; de uocabulo loci quod Amygdalum significat, & de natura arboris, & de sui itineris historia & imagine quæ significaretur cogitauit.

Amygdalus prima omnium floret, & folia habet candicantia, & fructum palato & corpori gratum, & in medicatione utilem. Est autem fructus foris lanugine quadam obuolutus, sub qua testa est in qua nucleus amygdali continetur, Estq; fructus arboris non unius

AD LECTOREM.

unius saporis. Quædam enim Amygdalæ dulces sunt, quædam amaræ.

Omnia hæc & ad historiam Jacob & ad Ecclesiam pulcherrime conueniunt, Nam ut reuertitur Jacob æger doloribus ac curis ingentibus, ducens secum turbam miseram mulierularum ac infantulorum, Et non solum hospites peregrinos, apud quos confidet & hospitium petit, sed socerum & fratrem iratum metuere cogitur, & tamen mirabiliter seruatur à filio Dei & tegitur cum tota familia. Et ut fassetur ipse in Bethel, hoc est, in domicilio ac tabernaculo Dei commoratur. Ita & Ecclesia omnibus temporibus eodem modo cruci subiecta, seruatur & tegitur à filio Dei, & aliqua habet hospitia sub Amygdalis, hoc est, in imperijs & politijs mediocribus ac candidis. Imo & Deum hospitem & συννοικον habet, ceu socium periculorum & ærumnarum omnium. Accedit hoc quoque Quod ut amygdalus in senectate

fer

AD LECTOREM.

fertilissima est. Ita Ecclesiæ decus in  
 cruce & erumnis maxime conspicitur,  
 cumq; uidetur languidissima, aut pror-  
 sus effœta, fœlicissime & lêtissime cres-  
 scit & multiplicatur.

Sed cum tota imago amygdali ue-  
 nustissimis Philippi uersibus exposita  
 sit, eos ipsos hoc loco subiicio.

*Non fertur casu natura sine ordine, sed mens*

*Formatrix rebus signaq; uimq; dedit.*

*Fructus Amygdalinus foris est lanugine cinctus*

*Dura magis sub qua lignea claustra iacent.*

*Nucleus in medio suauis latet atq; salubris*

*Qui cibus est nobis & medicina simul.*

*Prima ætas molli doctrinæ uoce regenda est*

*Lucundisq; typis ista putamen erunt.*

*Durior hinc custos lex est, fontesq; trucidat*

*Ac omnes homines iudicat esse reos.*

*Sed trepidis Euangelij uox grata medetur*

*Hæc sunt Isaciæ significata seni.*

*Cõgruit hoc etiam uulpes quod Amygdale amaræ*

*Gustatæ subita morte necare solent.*

*Sic schola flexiloquos extinguit casta sophistas,*

*Ars quibus Archilochi uulpis & acta placent.*

Sunt imagines aliæ innumerabi-  
 les, passim usurpatæ à scriptoribus sa-  
 cro

AD LECTOREM.

rorum librorum, à Prophetis et Apo-  
 stolis, quæ sunt dulcissimæ & rerum  
 maximarum significationes. Et Sam-  
 sonis historia perspicue testatur fuisse  
 apud Ecclesiam Patrum certamen sa-  
 pientia in congressibus publicis hanc  
 naturæ considerationem. Nam ita in  
 nuptiis suis Samson proponit ænig-  
 ma, Quod experientia paulo ante dis-  
 dicerat, De comedente exiuit cibus,  
 & de forti egressa est dulcedo. Etsi ue-  
 ro imago ibi non exponitur, Tamen  
 hoc ipsum ænigma Samsonis haud du-  
 bie imago est morientis & resurgentis  
 Christi, mittentis per Prophetas, Apo-  
 stolos, pastores & doctores Euangelij  
 uocem, ut colligant Ecclesiam. Id enim  
 significat Leo mortuus in cuius faucibus  
 examen apum nascitur. Id exa-  
 men & ministros uocis Euangelij, &  
 ipsam Ecclesiam significat, Ministri  
 sunt apiculæ, quæ uocem Euangelij  
 circumferunt, Ecclesia est quæ hoc  
 fauo Euangelij pascitur, & ab ipso  
 filio



AD LECTOREM.

filio Dei domino nostro Iesu Christo  
mortuo & resuscitato utriusque gestantur  
& uiuificantur.

In Psalmis quam multae sunt ima-  
gines et quam dulces. Psal. 40. Intuens  
David sitim & periculum ceruorum  
in magno aestu, & uagabunda itinera  
& eiulationes faucibus arefactis, dul-  
cissime accommodat haec omnia ad  
corda sensu irae Dei perterrefacta, &  
desyderio consolationis deficientia, et  
hinc inde fluctuantia ut eo in loco su-  
os dolores & eiulationes copiose ex-  
primit, Quemadmodum desyderat  
ceruus ad fontes aquarum, ita desyde-  
rat anima mea ad te Deus, Sitiuit ani-  
ma mea ad Deum fontem uiuum,  
quando ueniam & apparebo coram  
facie Dei. Fuerunt mihi lacrymae meae  
panis die ac nocte, Abyssus abyssum  
inuocat in uoce catarractarum tua-  
rum, omnes collisiones & fluctus tui  
transferunt super me. Sed legant do-  
cti descriptionem ceruorum apud Pli-  
nium

AD LECTOREM.

nium, Aristotelem & alios rerum naturalium scriptores. Sic intelligent querelam Prophetæ, & imaginis concinnitate mirum in modum afficiuntur.

Scribunt enim ceruos magno anhelitu elicere atq; attrahere serpentes ex rupium cauernis eosq; deuorare & ueneno ita accendi & inflamari. Congruit imago ad utramq; de quibus Psalmus loquitur, Ad filium Dei derisuantem in se iram æterni Patris aduersus peccata, & eiulantem in cruce desiderio consolationis, Deus meus Deus meus quare dereliquisti me. Deinde & ad omnium hominum corda quæ eodem iræ Dei sensu languentur ac perterrefiunt.

Psal. 103. naturam nostram languidam, effætam, imbecillem & fragilem propter peccatum, conferens bonitati & misericordiæ Dei recipientis nos, et remittentis peccata, seruantis, defendentis et exhilarantis, utitur pulcherris

B ma

AD LECTOREM.

ma similitudine aquilarum, cum inquit; Renouat ut aquilæ iuuentutem tuam. Miranda & dulcis est concinnitas similitudinis si historiam aquilarum consideres; Scribunt enim Aquilam cum senuerit grauari pennarum mole, et oculorum obtundi aciem, quæ alioqui maxima & acutissima est, sed quæsito inuentoque fonte denuo erigere pennas & colligere in se colores, atque ita redire uisum, et trina immersione iuuentutem. Tunc enim impetu maximo uersus solem recta contendere ferunt, ut & aciem oculorum hebetatam denuo uegetam faciat, & radijs solaribus pennas seniles exurat, ut alix nouæ subnascantur. Referunt alij aliter historiam, sed quomodocumque se habeat, imago est baptismi, crucis & mortis cui Ecclesia subiecta est. Immurgimur in baptismum & sanguinem filij Dei, & ita uetus natura aboletur, resurgente ac prodeunte noua sanctificata & Deo placente natura.

Immersi

AD LECTOREM.

Immersi autem in sanguinem & mortem Christi etiam imagini eius assimilamur, cum in cruce ac morte uetus natura obnoxia peccato tota aboletur, donec in resurrectione mortuorum noua & immortalis massa resurgat ad solem iusticiæ, in tota æternitate conuendendum ac celebrandum.

Psal. 147. cum inquit, qui dat iumentis escam ipsorum, et pullis coruorum inuocantibus eum, Mirabilissime & dulcissime pingit ac docet Prophetam, quomodo Ecclesia & totum genus humanum immensa misericordia Dei seruetur & alatur. Vnus coruus inter omnia animantia ἀσώπυος est, & pullos recens editos deserit, sed seruantur diuinitus uermiculis quos in nido ex stercore corui Deus uiuificat. Hi sunt esca & alimentum pullorum donec adolescant & ad uolatum idonei sint.

Non obscurum est cuius rei significatio sit, uiuit Ecclesia & seruetur mirabilissime inter Tyrannos ἀσώπυους & hostes

AD LECTOREM.

hostes implacabiles, & uiuit tenuiffi-  
 mis uermiculis, seu micis reliqui gene-  
 ris humani, quas stercoreis loco Tyrani  
 habent et aspernantur. Et tamen hic  
 uictus Ecclesiam alit ac nutrit quan-  
 tumuis exiguus & abominabilis, do-  
 nec ad sedem uitæ cœlestis læta euolet,  
 ubi pabulum erit lætius & salubrius,  
 sapientia, iusticia & læticia æterna.

Etiã imperia figuris similibus  
 apud Prophetas pinguntur, Quid cogi-  
 tati similius potest quam Pardalis &  
 Alexander? Tantum est audaciæ, ce-  
 leritatis & roboris in Pardali, ut ne  
 quidem ab armatis uenatoribus capi  
 aut interfici possit. Delectatur autem  
 uino & Venere, uenatores ergo obser-  
 uatis sedibus, quibus commorari solet  
 Pardalis apponunt uascula uino reple-  
 ta, Ad quæ cum accessit audissime ui-  
 num bibit, & præceps in Venerem  
 profilit, qua expleta obdormit. Ita so-  
 pita capitur. Iam cogita Alexandrum  
 cuius uirtus nullis laboribus, nullis pe-  
 riculis

AD LECTOREM.

riculis cedit, postea uero in ocio illa  
tanta uis animi & ingenij uino & libi-  
dinibus subito extinguitur.

In historia ingredientis Christi in  
urbem Ierosolymam, dicitur præge-  
statos ei esse ramos palmarum et oleæ.  
id etiam rerum maximarum significa-  
tio est, Palma nulli oneri cedit, sed  
quanto magis deprimitur tanto ipsa  
fortius contra onus assurgit. Talis est  
filius Dei in morte oppressus dolori-  
bus & peccatis nostris, & sensu iræ  
Dei inenarrabili, Ac uidetur prorsus  
esse depressus. Sed tertia die resur-  
gens ex morte, omnipotentia & uitæ  
sua uictoriam latus ostendit.

Olea, ut supra dixi, gratissimum est  
cordiale & signum est pacis, Ita Chris-  
tus resurgens ac reuiuiscens pacem  
ac consolationem cordibus dicit.

Talium exemplorum diuinæ narra-  
tiones plene sunt, que, ut dixi, ostendunt

AD LECTOREM.

dunt antiquitatis sapientiam, Ac non solum dulcis, sed & utilis est consideratio Ac semper uiri docti tales imagines quæsiuerunt & amauerunt, Et laudanda est uoluntas eorum qui hoc erudito & dulci studio ornare Ecclesias conantur.

Colligit autem hic uir doctus & honestus Iohannes Cogelerus, minister Ecclesiæ Stetinenſis mediocrem aceruum talium imaginum, eumq; nobis iudicandum obtulit. Nos cum industriam & diligentiam eius probaremus, & iudicaremus scriptum utile ac gratum fore lectori candido uoluimus hanc nostram commonefactionem quam præposuimus, testimonium esse nostræ de ipso uoluntatis & iudicij de hoc labore suo utili & iucundo. Ac speramus libellum huius Cogeleri præbiturum multis doctis & ingeniosis hominibus occasionem, ut plures imagines tales in lectione

AD LECTOREM.

ctione Prophetarum & Apostolorum  
obseruent, et concinna interpretatione  
enarratas proferre studeant, Qui quis  
dem labor ornat Ecclesias & nocet  
nemini, ut econtra multa furiosa &  
maledica scripta multorum Ecclesias  
deformant, & causa sunt horribilium  
malorum in toto genere humano.

Sed oro Deum toto pectore, ut

Ecclesias harum regionum

ornet, seruet & prote

gat Amen.





INCLYTO ET POTEN-  
TISSIMO PRINCIPI AC DO-  
mino, D. Christiano Regi Daniæ. Noruuegiæ Go-  
thorum & Vandalorum, Duci Slesuicensi & in Hol-  
stat, domino Ditmarsæ &c. Comiti in Olden-  
burg, Domino suo clementissimo.



CERBAM QVERELAM  
mouet rex cœli atq; terræ apud  
regium prophetam Esaiam,  
rex serenissime, Audite cœli &  
aurib. percipe terra, quoniam  
Dominus locutus est Filios enutriui & exal-  
taui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit  
bos possessorem suũ, & asinus præsepe domi-  
ni sui: Israel autem me nõ cognouit, et popu-  
lus meus non intellexit. Hac conquestione  
etiam hoc tempore uere uti possumus. Vi-  
demus enim quantus sit Dei contemptus,  
quanta ingratitude, quanta securitas, quanta  
dissolutio morum in omni genere uitæ. Cer-  
te huius corrupti & deprauati temporis fa-  
cies, multis pijs uiris magnum dolorem sine  
ulla dubitatione sæpe conciliat: præsertim  
cum tanquam è specula uideant quantæ tem-  
pestates & conquassationes Ecclesiarum &  
omnium rerum publicarum immineant. D.  
Lutherus uerus Propheta aliquoties prædi-  
xit in suis concionibus, Germaniam graues  
pœnas, tandem ob hanc summam ingradi-  
tudinem

EPIST: DEDICAT:

tudinem & securitatem inauditam lufuram  
 esse: uel ut citius Turca quam putaramus ger  
 maniam occupet: uel ut aurora Euangelij  
 euanescente; infinitæ hærefes uiciffim orian  
 tur. Non puer hæc dixit, non fatuus, non ho  
 mo ebriofus, considera statum noftrorum  
 temporum. Quamobrem nos qui in uinea  
 Domini laboramus, interea noftrum officii  
 um, ea qua potest fieri fidelitate & diligentia  
 faciemus: partim ne noftra negligentia ma  
 iorem cumulum noftris peccatis, quæ antea  
 fatis magna sunt addamus: partim ut aliquos  
 qui à regia uia aberrarunt reducamus: par  
 tim ne alij qui omnem faluberrimam medi  
 cinam contemnunt atq; refpuunt, in comitijs  
 quæ Filius Dei mox celebraturus eft, ulla  
 excufationem fuæ perditionis habeant. Et  
 cum T. M. R. ex animo cupiat ut Dei fiat uo  
 luntas ficut in cælo & in terra: nec defatiga  
 tur in ornanda Ecclefia Dei, & ad promo  
 uenda bonarum artium ftudia fingulariter fit  
 inflammata: Addo etiam quod iufticiam ar  
 denter amet & conftanter tueatur, & mallet  
 perire mundum quam temere fanta iufticie  
 iura uiolare, non dubitabimus in eo regno  
 Regem cœleftem fibi regnum ædificaffe, &  
 ibi manfurum effe. Quamobrem ut M. T.  
 & toti regnum talem gratularer foelicitatem:

EPIST. DEDICAT.

hunc libellum T. R. M. dedicare uolui. Etsi  
autem munus leuidense est: spero tamen T.  
R. M. has Imagines quas partim ex præle-  
ctionibus D. præceptoris mei clarissimi Phi-  
lippi Melanthonis, partim ipse ex scriptis  
Patrum collegi, singulari clementia susceptu-  
ram esse. Oro autem æternum Patrem Do-  
mini nostri IESV CHRISTI, conditorem  
cœli & terræ, & Ecclesiæ suæ, ut seruet inco-  
lumes Regiam M. T. Et inclytam reginam,  
& nobilissimos filios & filias, & regnum  
quoq; protegat. Datæ Stetini in festu natiui-  
tatis Christi.

R. T. M.

deditissimus

Iohannes Cogelerus  
uerbi diuini minister  
Stetini.

SERENISSIMO REGI DANIAE,  
Noruegiæ, Gothorum & Henetorum Friderico, du-  
ci Slesuici & Holsatiæ, domino Dithmarfiæ  
&c. & comiti in Oldenburg &c. domi-  
no suo clementissimo.



NVLLA LAVS EST VERI  
or atq; illustrior Rex serenissi-  
me, quam parentum sancta ac  
munda uestigia persequi. Nam  
illis mandauit dominus lar-  
gam benedictionem & uitam usq; in secu-  
lum. Quare cum T.R.M. pater uerè Christia-  
nus & nomine & re fuerit, & in uita priuata  
castus, quotidie ueris gemitibus & ardenti-  
bus uotis sese, suam posteritatem, Ecclesiam  
& Patriam Deo commendauit & suis moni-  
tis & exemplo populum ad uerè pietatis of-  
ficia inuitauit: Adducimur in spem & quem-  
admodum speramus uerissimam T. R. M.  
etiam huius coronæ ornamentum imposi-  
tum esse. Etsi autem hoc tempore grauem  
curam adferunt & non leuem molestiam ex-  
hibent regia sceptrum in hac delirante senecta  
mundi: tamen Deus illa consolatione nos  
permulcet, se efficere ut oculus uideat, & au-  
ris audiat. Pulchra & insignis est hæc sen-  
tentia Salomonis, cui non solum, Deus arma  
sapientiæ tradidit: sed ille ipse cum clauum  
imperij teneret & gubernacula reipublicæ  
tractaret, longa experientia hæc didicit. Pri-  
mum

## EPISTOLA

num inquit Dominus facit ut oculus uideat, hoc est, ardentibus uotis et precibus à deo fonte omnium bonorum, petere debemus, ut nostras mentes, tenebris densis ac caliginè noctis circumfusas, in lucem proferre uelit. In primis autem ut Deum & ipsius uoluntatem, sicuti se in suo uerbo & miraculis plurimis patefecit agnoscentes, timorem Dei, initium sapientiæ, non abijciamus, fidem ut Margaritam preciosissimam, religiosè retineamus, quæ Christum, ut annulus gemmam pulcherrimã, amplectitur, & nos Christo ut surculos inserit atq; implantat.

Deinde ut dilectio Dei & proximi in nobis luceat, ac in omnibus actionibus refulgeat, spes cum insigni patientia coniuncta in nobis floreat, Sit uera Dei prædicatio, inuocatio, gratiarum actio, confessio. Huc omnem curam cogitationemq; conferamus, ut Ecclesiarum & Scholarum idoneis gubernatoribus, stipendium æquum & liberale numeretur, sit in illis pietas: non ἀσοργία iusticia non tyrannis, sedulitas non ignauia & πολυπραγμοσύνη. Sit fortitudo quæ est uirtus propugnatrix iusticiæ, suscipiens pericula & labores pro defensione Ecclesiæ, patriæ, honestæ disciplinæ, coniugum, & liberorum. Sit mansuetudo, sit studium concordia. Sit ne-

mesis

## DEDICATORIA.

melis uel zelus. Sit castitas, uerecundia & grauitas, beneficentia: Sit ueritas, simplicitas, constantia & fidelitas. Secundo dicit, Deus etiam facit ut auris audiat, hoc est, ut subditi sint obedientes atq; subiecti suis dominis. Deus facit ne sit inter subditos contumacia seu cōtemptus superiorum magistratuum & legum, ne sit populī concitatio & seditio. Sed reuerentia debita, honos, gratitudo in omni officiorum genere, quæ quidam ab ijs proficisci possunt atq; debent. Hæc breuibus uerbis Salomon rex sapientissimus complexus est: Solent enim uiri in quibus sunt arma & nerui sapientiæ, uno atque altero uerbo, multa significare atq; innuere. Et quia T. R. M. patri, olim libellum de imaginibus dedicaui, qui uere Christianus fuit, & tantis uirtutibus ornatus ut pauci sint quibus cederet: Amplissimis monumentis memoriam sui nominis consecrare debebamus. Nunc igitur Typographus hunc librum denuo excudere uoluit, Etsi autem ipsi suam petitionem integram relinquere uolebam, ut aueretur & multa adderentur, quemadmodum aliquoties promisi: tamen imbecillitas ualetudinis hoc impediuit, Quare ut interea T. M. R. gratularer quæ in regnū et paternas uirtutes successit, hoc exiguo munusculo, palam fieri uolui. Dabo autem ope-  
ram

EPIST: DEDICAT:

ram ut Dei benignitate in omnia Euangelia  
 insigniores imagines extent: quanq̄ multi  
 sunt adeo delicatē superbi, & superbē delica-  
 ti, quibus hæc nostra studia placent minimē:  
 tamen T. M. R. hæc iudicia nullius momenti  
 & ponderis esse iudicabit. Eō nunc res dedu-  
 cta est, ut multi suis iudicijs atq; consilijs Dei  
 gloriam immortalem non ornent: sed defor-  
 ment, non amore proximum prosequantur:  
 sed odium in ipsum struant atq; concitent,  
 non pia studia prouehant: sed omnib. uiribus  
 perturbent atq; impediant. Hęc sunt Diabo-  
 li stratagemata. Quantum uero detrimenti  
 importatur per illos Scholæ & Ecclesię, quis  
 non cum intestino dolore uidet. Oro autem  
 æternum patrem domini nostri Iesu Christi,  
 ut T. M. R. consiliarios, doctrina uirtutē &  
 sapientiā præstantes, atq; totum regnum cle-  
 menter protegat, omnesq; procellas turbi-  
 nes atq; tempestates pacis, sedare atq; auerte-  
 re uelit. Bene & fœliciter ualeat T. R. M. Da-  
 tæ Stetini 27. Februarij. quo die Fridericus  
 dux Saxonie, ducis Georgij filius moritur,  
 anno 1539. an:ætatis 35. quinto climaterico.  
 R. M. T.

Seruus

D. Iohannes Coglerus  
 Stetini Verbi diuini  
 Minister.

# PRIMA IMAGO

## DE DEO.



**M**AGNA EST SAPIENTIA,  
Deum uere ut se patefecit in  
suo uerbo & testimonijs etti-  
dentissimis, agnoscere & cele-  
brare. Necesse enim est scire  
quem alloquaris, ubi se Deus patefecerit,  
qualis sit, an, & cur te exaudiat. Hæc conside-  
ratio excitat timorem & fidem, et mentes con-  
solatur suauiter, in medijs fluctibus et procel-  
lis



DE DEO.

lis tentationum. Deinde hinc apparet qualem oportebat esse hanc hominum naturam, & ad quid sit condita. Vult enim Deus homines esse imaginem suam: uult congruere uoluntatem & mentem nostram, cum regula mentis suæ & iustissima uoluntate. His consideratis ingentem nostrā miseriam, prauam immundiciem, et immundam prauitatem uidebimus. Quare ut hæc mala non solum ueris & assiduis lacrimis deploremus: sed medicinam saluberrimam adhibeamus: officia & proprietates uniuscuiusq; personæ, Patris, Filij, & Spiritus sancti, considerabimus. Quod autem sit unus uerus Deus, & tres distinctæ Personæ, testimonia & noui & ueteris testamenti clarissime docent. His testimonijs adhibitis, uidendum an in creaturis aliqua etiam simulachra uel imagines appareant & refulgeant. In Sole sunt tres res distinctæ, & tamē inseparabiles, lumen, splendor solis, atq; calor. Sol uel lumen, est imago Patris, splendor solis, imago Filij, calor, imago Spiritus sancti. Est pulcherrima imago, quæ nobis cogitationes sanctissimas iniicere debet, quotiescunq; auroram, uel solem in meridie uel in occasu, contemplati fuerimus. Ah Pater omnipotens tu in nostris cordibus luceas sic tuo splendore, hoc est, uerbo, quod Filius tuus nobis

DE DEO.

bis reuelauit. Accende tu ignem amoris auxiliante Spiritu S. qui a te & Filio procedit &c.

II.

Oculorum compositio, optimam & pulcherrimam imaginem proponit, mirandi articuli de duabus naturis in Christo, Vt, n. in oculo duæ res diuersæ mirando modo copulate sunt, humor aqueus, & lux seu flammula quæ in toto corpusculo lucet: Ita in Christo nato ex uirgine Maria, mirando, & inenarrabili foedere iuncta sunt λόγος & caro. Deinde ut flammula non extinguitur ab humore nec uicissim depascitur humorem, sed oculo incolumi neutra pars impedit alteram quo minus adsit: Ita λόγος non est conuersus in naturam humanam, nec unq̄ deserit id, quod semel assumpsit. In Christo sunt & manent perpetuo duæ naturæ, diuina & humana.

III.

In uiolis folia sunt purpurea, & referunt propemodum colorem sanguinis. Sic est humana natura in Christo despecta, misera & cruenta. Intus est flosculus aureus, qui significat diuinitatem filij Dei. Fragrantia uiolarum significat doctrinam de filio Dei, quæ agnoscentibus delicta & errores dulcissima est, und hat darnach ein Zütlein auff/significans

DE DEO.

defensionem. Et sicuti uiolæ, quamuis sunt pulcherrimę conculcantur à prætereuntibus: sic etiam Christus & Ecclesia in hoc mundo.

IIII.

Naturale odium est inter serpentem & pelicanum, pelicanus quęsiturus cibum pul-  
lis suis, irrepit in nidum pelicani serpens per  
arborem, et interficit pullos, super quibus ma-  
ter reuertens, triduo lugere fertur, deinde in  
pectore se uulnerans conspergit eos, & sic à  
mortuis resuscitat. Sed sanguine effuso debi-  
latur mater, unde & pulli coguntur exire, &  
quærere uictum: quorum quidam naturali  
affectu matrem debilitatam pascunt, quidam  
uero degeneres, de matre nullam curam ge-  
runt. Quod mater animaduertens receptis ui-  
ribus, pullos se pascentes refouet: alios uero  
ingratos à se rejicit, aut uiuere non permittit.  
Pulcherrima imago est, repræsentans Filium  
Dei. Diabolus naturaliter odit Filium Dei, &  
nobis eius pullis, uitam crudeliter eripuit.  
Christus nostra calamitate motus, uulnerat se  
in pectore, hoc est, uitam suam pro nobis of-  
fert, ac suo sanguine nobis à serpente ictis, ui-  
tam restituit. Sed quid fit: quidam pulli am-  
plectuntur illud beneficium, & sunt grati er-  
ga Christum & Ecclesiam: quidam uero de-  
generes,

generes, negligunt beneficia, & erga matrem Ecclesiam sunt ἀσέβοι, quos tandem Filius Dei iudicabit.

## V.

Sol est typus Christi lucentis in Ecclesia.

I. Sicuti sol est origo omnis lucis & fecunditatis in terra: sic Christus uerus sol illuminat omnem hominem, ut S. Iohannes capite primo copiose docet.

II. Non est stationarius, non retrogradus: sic nemo cursum Euangelij impedire debet neque etiam potest. Vt .n. adueniente aurora nullus rex, nullus tyrannus tanta est præditus potentia, ut queat, etiamsi maxime uelit & conetur, seu mandatis seu armis suis prohibere & impedire, quo minus exoriens sol diem mundo reducat: Sic nemo resistere potest huic gladio ancipiti.

III. Sol est regula & norma omnium Planetarum: sic Christus est norma omnium Prophetarum & Apostolorum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, hoc est, Clare et euidenter pronunciant, uno ore concludunt constanter remissionem peccatorum accipere per nomen eius qui credunt in eum.

III. Quo terris propior, tanto eius uis debilior. Sic Christus quando in terra fuit, docuit, miracula stupenda edidit, non in magna

## DE DEO.

existimatione neq; in honore fuit: imo Apostoli infirmam fidem habuerunt, quæ tandem post resurrectionem incensa, aucta, confirmata & quasi obsignata est.

V. Quo altior tanto efficacior. Hoc apparet etiã in Christo, in festo Pentecostes quando cœlitus mittit Spiritum sanctum. Lege totam historiã in Actis. Est imago pulcherrima si sobrias cogitationes hac de re susceperis.

VI. Non interclipsatur, nisi interposita luna. Sic in Ecclesia tetrae fiunt eclipses, quando alia luminaria lucere uolunt, extincto uel obscurato Christo, qui solus est uera lux, nos illuminans, ut diuus Iohannes pulcherrime docet.

VII. Eclipsis solis non percipitur ab omnibus. Sic Dei benignitas aliquam Ecclesiam conseruat, quæ doctrinam incorruptam habet, conseruat, retinet, Hæc ita esse, testantur omnes Prophetæ, Apostoli, & tota mundi historia, usq; ad tempora nostra.

## II. IMAGO,

### DE DIABOLO.

#### L.

Variæ imagines desumi possunt, quibus ingenium huius infensissimi hostis depingitur,

## DE DIABOLO.

pingitur, ex nominibus quæ ei in sacris literis attribuuntur. Nunc dicitur Leo, Lupus, Satan, Balaal, Draco, Latro, Pirata, Ventus urens nulliq; parcens, Serpens, Miluus. Comparatur etiam Pharaoni & alijs impijs gubernatoribus atq; tyrannis. Sed hac de re alias copiosius scribam.



### II.

Hyæna est etiam imago Diaboli. Plinius libro octauo capit:30. scribit: Hyæna maxime sermonem humanum inter pastorum stabula assimulat, nomenq; alicuius addiscit, quem

## DE DIABOLO.

euocatum foras lacerat, oculis mille uarieta-  
tes, colorumq; mutationes &c. Ita Diabolus  
in ueri pastoris stabulo, in Ecclesia cum homi-  
nem conatur euertere nō uenit in specie Dia-  
boli: sed sub specie Angeli lucis, imo Dei: ad-  
fert scripturā sacram, allegans mutilatos scri-  
pturæ locos, ut in exemplo primorum no-  
strorum Parentum conspicitur. Nam Diabo-  
lus Euam sub specie omnium formosissimi  
& blandissimi animalis, scilicet serpentis, de-  
prauato Dei mandato astute decepit & mise-  
re perdidit. Nequaquam (dixit) moriemini,  
q. d. non recte mandatum Dei de prohibita  
arbore intelligitis. Atq; ita scite argumenta-  
tur a maiore ad minus: qui uobis concessit  
de omnibus arboribus comedere: quam ob  
causam istius arboris fructum prohibuisset?  
Sic paulatim uerbum Dei eximit et euellit ex  
thalamo cordis nostrorum parentum per  
corruptelas uerbi diuini.

### I I I.

In Crocodilo pinxit Deus Diabolū: Ich-  
neumon uero, hoc est, mus indicus typus est  
Christi. Sicut enim Ichneumon exiguum ani-  
mal mergere se limo dicitur, et se ad solem sic-  
care, quando in fauces Crocodili proflire pa-  
rat, in cuius fauces uadit, quando eum somno  
oppressum conspexerit, aluumq; eius ingres-  
sus

## DE PECCATO.

lus arrodit. Ita Christus contriturus caput serpentis, & destructurus opera Diaboli, humanam assumpsit naturam nostra inuolutus carne atq; sanguine, & postea in fauces Diaboli insiliit. Passus est se ab illo occidi & deuorari. Sed cum iam Diabolus Christum omnino extinctum esse arbitraretur, deq; occiso illo triumpharet. Christus aluū eius arrosit, comprobans hoc gloriosa resurrectione & amicissima colloquutione quam aliquamdiu cum suis charissimis discipulis habuit: Deinde missione Spiritus sancti hæc omnia, tanquam certissimo sigillo obsignantur atq; confirmantur.

## III. IMAGO.

### DE PECCATO.

**I**N Basilisco picta est imago peccati: Vt. n. ille, ipso aspectu hominem necare dicitur, tanta enim in illo est uis ueneni: Ita si homo peccati magnitudinem satis sentire & cernere posset, ipso conspectu ac sensu illius subito extingueretur. Atq; in eo prædicanda est Dei benignitas, quod non permittit nos sentire, ita ut meriti sumus, peccati, & iræ Dei aduersus peccati magnitudinem. Deinde sicuti Basiliscus necat frutices etiam non correctas, sed suo afflatu, exurit herbas, rumpit saxa



DE PECCATO.

(tanta uis est mali) Ita peccatum communem  
 perniciem regionibus, ciuitatibus & familijs,  
 ac quidem clarissimis inuehit. Postremo huic  
 tali monstro uirus mustelarum exitio est. Ere  
 nim mustelas iniiciunt cauernis, quarū odo-  
 re moriuntur. Hęc historia optimam pulcher-  
 rimamq; imaginem continet Christi fran-  
 gentis, comminuentisq; potentiam Diaboli,  
 hanc teterrimam pestem nemo potuit repri-  
 mere extra Christū, Oseas, O mors ero mors  
 tua, morsus ero tuus inferne. Addam & hoc  
 quod commemoratione dignum est. Scri-  
 bunt aliqui Mustelam simul mori Basilisco  
 superato. Et Christus moritur resurgens ter-  
 tia die. Præterea sicuti Basiliscus pausam uitæ  
 facit quando intuetur speculum: Sic pecca-  
 tum uires amittit & animam agere incipit,  
 quando clarissimam lucem Euangelij inspe-  
 xeris. Et sicuti hoc monstrum non lucem: sed  
 tenebras amat: sic peccatores præsertim ubi  
 nulla emendatio refulget, sunt in tenebris, nō  
 est ibi uera Dei agnitio, nulla fides, non amor  
 erga Deum & proximum, nulla spes, expe-  
 ctans promissa bona & liberationem à præ-  
 sentibus malis. Non est hic timor, quo De-  
 um suscipimus, ueneramur & timemus, eius-  
 que benevolentiam retinere studemus. Nul-  
 la hic conspicitur humilitas quæ timorem se-  
 quitur.

## DE PECCATO.

quitur. Non agnitio propriæ imbecillitatis :  
sed superbia, fiducia, amor sui & confidentia.  
Nulla hic patientia, longanimitas, gaudium  
in Deo & pax conscientia.

### I I.

Quoquo uertas Magnetem semper ad po-  
lū mundi conuersus est, qua ex re notari po-  
test singularis amicitia inter hunc lapidem &  
uerticem mundi. Est autem Magnes peccati  
imago, quod iram Dei & poenas tristissimas  
hominum generi accersit: sicuti .n. Magnes  
atrahit ad se ferrum: ita nos peccatis nostris  
omnia mala nobis, conciliamus. Addunt &  
Physici illud. Quando iuxta eum Adamas  
collocatur, non rapit ferrum, & si iam rapue-  
rat, ut ei appropinquaret mox remittit. Au-  
gustinus de ciuitate Dei lib. ii, cap. 4. Sic pec-  
catum non potest te accusare cum uerū Ada-  
mantem IESVM CHRISTVM habueris.  
Imo, etiamsi oneratus es grauissimis peccatis,  
necesse est ut liquefiant, quemadmodum nix  
adueniente calore solis. Sicuti .n. allium Ma-  
gneti illicitum impedit eius uim trahendi ad  
se ferrum: ita peccatum nulla re tolli atq;  
deleri potest nisi amara morte filij Dei, quem  
Pater æternus placatorem nobis constituit.

### I I I.

Et sicuti calor in calce later, quem non a-

## DE PECCATO.

nimaduertis nisi aquam superfuderis, mox uidebis maximum fumum: sic peccatum ut fumus in corde latitat, qui calor mox quando parum aquæ asperferis sequitur, hoc est, quando non omnia fluunt secundū nostram uoluntatem: dubitamus de Deo & eius uoluntate, sumus impatientes, accusamus Deum iniquitatis, inuehimur in Deum impijs contumeliosis et blasphemis seu cogitationibus seu uerbis. Deinde si & proximus parum aquæ addiderit, hoc est, offenderit nos, maximi fumi & inflammationes in oculis conspiciuntur, & in omnibus gestibus atque membris apparēt. Dicam uno uerbo: Omnia peccata aduersus Dei præcepta depingunt unius coloribus quid in penetralibus cordis nostri latitet.

### IIII.

Lepra est euidentissima peccati imago. Capite 13. Leuitici legimus quod aliæ pustulæ pro simplici scabie propter quam nemo eijcitur è familiari hominum conuictu, aliæ pro uera lepra iudicantur. Hoc loco discrimen peccatorum ostenditur. Aliæ enim etsi sunt reprehensibilia, tamen sunt tolerabilia, & non excutiunt fidem. Huius generis sunt foedæ cogitationes, quibus non consentias, præceps ira, incompositi mores, aliæq; infirmitates.

## DE PECCATO.

mitates. Nos (inquit) qui potentes sumus,  
debemus infirmitates impotentium portare  
ac non placere nobis ipsis.



Alij sunt in cœtu piorum intolerabilia, &  
excutiunt fidem, ut Paulus copiose in Episto-  
la ad Galatas & Corinthios, Imo in omnibus  
suis Epistolis docuit. His tamen ianua diui-  
næ misericordiæ rursus patet, uenęq; Dei bo-  
nitatis aperiuntur, si uera pœnitentiã acces-  
serit. Et sicuti Leprosi habebant uestimenta  
dissuta: sic omnes uirtutes impij, quantum-  
cunq; præclaræ, sunt dissutæ, laceræ, immun-  
dæ,

dæ, & coram Deo abominabiles. Deinde incedit capite nudato. Christus caput est Ecclesiæ. Impius autem hoc capite prorsus nudatus & priuatus est. Habet & Labia contacta, quia impius non potest aperire os suum coram Deo & orare. Postremo eiectus est e contubernio populi Dei, & non licet ipsi uesci sanctificatis. Impius enim exclusus est hæreditate omnium cœlestium honorum. Cum igitur tanta sit miseria & calamitas impij & impœnitentis, nihil prius ipsi faciendum est, quam ut agat pœnitentiam, quo restituitur ueræ mundiciæ per Christum.

## V.

Mirabilis est natura Ardeę: Nam cum demisit se in aquam, pedibus immota consistere dicitur. Mox pisciculi in pedum odorem & suauitatem occurrunt atq; adhærent pedibus, quos ipsa postea deuorat. Natura peccati in hac aue quoq; est depicta, eo quod incredibilem suauitatem & securitatem homines ad sese allectat, & allectos postea perdit.

## IIII. LOCVS.


## DE LEGE.

Coruus

DE LEGE.

I.

**C**ORUUS est imago Legis. Vt enim coruus homines ipso aspectu terret, colore & uoce malum omen denunciat, & cadaueribus gaudet: ita ministerium Legis & uox eius est ministerium mortis coruus a Noha emissus, ex arca non reuertitur, hoc est, Lex



nobis non pacem & tranquillam conscientiam dare potest. Columba uero ore gestans ramos Oleæ, hoc est, Vox Euangelij nobis annunciat pacem & uera adfert feudalìa bona, quibus sustentationem assequimur.

Habe-

Habemus etiam imaginem legis in Moyse feriente petram, ut dominus præceptor erudite & pie commonefacit in quadam Oratione quam anno 50. clarissimus uir Iohannes Marcellus Decanus in promotione recitabat. Moses (inquit) significat et legem et hanc politiam. Primum .n. feritur filius Dei propter Legem, sicut ipse inquit: Non ueni soluere, sed implere Legem. Recipit quidem diuinitas immensa misericordia genus humanum. Sed tamen cum iusta sit, & Legi Dei satisfieri necesse sit, uel obedientia, uel poena, propter ordinem iusticiæ decretum est, ut aliquis in genere humano prorsus innocens, pro cæteris fontibus poenam solueret &c. Lex igitur quæ iustissimo iudicio nos oppressura erat, Filium ferit, ne nos feriat. Et fluunt ex rupe flumina Euangelij, quibus hæc misera natura fiti torrefacta recreatur. De his tantis rebus admoneri te cogites hac ipsa imagine Mosis ingenti & ardenti motu excelsam rupem ferientis. Simul etiam astare in cacumine rupis dominum scias, huius tanti agonis gubernatorem *ἢ πρωταγωνιστῶν*, & sapientiam & iusticiam Dei consideres, quæ sine compensatione nos liberare poenis noluit: sed in magnitudine poenæ & personæ *ἀντὶ* perfoluentis

DE LEGE.

uentis uoluit iusticiam & iram suam conspi-  
 ci & metui &c. Sed hæc ipsa petra etiam cum  
 icta est, & effudit flumina Euangelij, tamen  
 non corruit, sed stat ardua, coelum uertice at-  
 tingens, id est, uiuit filius Dei inuictus, nec  
 uocem doctrinæ suæ extinguere finit &c. Ad  
 hanc rupem, id est, ad filium Dei dominum  
 nostrum Iesum Christum, percussum Lege,  
 id est, persoluentem  $\lambda\psi\tau\alpha$  pro nobis, confu-  
 giamus et petamus, ut mentes nostras flumi-  
 ne Euangelij sui potet, nos etiam auidi, hos  
 latices hauriamus, recte discamus doctrinam,  
 amplectamur eam, & ad usum in quotidiana  
 inuocatione transferamus. Et quia Deus in  
 illa petra percussione, id est, morte Filij, osten-  
 dit magnitudinem iræ suæ aduersus peccata,  
 uos quoque uere expauescamus & errantibus  
 cupiditatibus frenos iniiciamus.

III.

Profectio Israelitarum quando ex Mari  
 rubro liberati, ducebantur à Mose in deser-  
 tum, ubi nec potum nec cibum accipere pos-  
 sunt, Legem nobis quoque depingit. Nam &  
 Lex nos ducit in desertum ad aquas amaris-  
 simas, quæ tandem fiunt dulcissimæ à ligno  
 uitæ, Christo saluatore nostro, dicente; Veni-  
 te ad



DE LEGE.

te ad me OMNES qui laboratis & onerati estis, ego reficiam uos. Das ist, Ich wil euch gleich wider aufferquickten / die jr ommechtig vnd wie man redet bey vns / beschmiemelet sint.



IIII.

Deus præcipit Exodi capite 19. ut Sacerdotes una cum populo se sanctificent ante promulgationem Decalogi, et iuxta uerbum Domini iuxta septa maneant, montem non ascendant. Quid uero hoc? Significatur, nullum, quamuis eximiæ sanctitatis & honestatis coram mundo, posse natura sua Legi Dei perfecte satisfacere. Solus autem Mose & Aaron admittuntur in montem. Hi enim adumbrant Christum, qui cum sit naturalis Filius Dei, solus cognoscit perfecte maiestatem Dei alioqui incomprehensibilem, & solus

DE EVANGELIO.

lus Dei legem perfecte implet, Deinde & hoc docere Deus uoluit, neminem quamuis ingenij excellentis, posse natura sua maiestatem Dei plene in hoc seculo comprehendere,

V. LOCVS,  
DE EVANGELIO.



I.

Tres sunt magnificæ proprietates auri,  
quibus reliqua metalla antecellit 1. quod  
D subinde

subinde fit purius in igne, nec quicquam de sua substantia amittit. 2. habet uim confirmandi & corroborandi hominum corda. Nam nullum metallum est auro magis temperatum quam cor, & propter temperamentum maxima est cognatio cordis et auri. Tertia proprietas est, quod arceat semina lepræ, ne totum corpus contagione lædat. Hæ proprietates omnes uenustissime accommodari possunt ad efficaciam ministerij Euangelij. Nam doctrina Euangelij in certaminibus & controuersijs fit purior & illustrior: ut hac ætate quam multi articuli necessarij Ecclesiæ Dei, ex causarum contentione illustriores facti sunt. Deinde doctrina Euangelij, beneficia etiam præstat cordi, ut confirmetur firma consolatione, ne mole peccatorum aut ærumnarum frangatur. Deniq; lepram immedicabilem per se & sua natura, hoc est, uenenatos morsus Diaboli, peccatum & mortem tollit & delet: Ideo Dauid uerbum Dei sæpissime in suis Psalmis auro peciosissimo comparat.

## II.

Aiunt tantam esse cognitionem croci & cordis humani ut is, qui nimium croci absumit risu emoriatur. Significat autem crocus doctrinam Euangelij quæ ἐνδοκίαν hominibus

DE EVANGELIO.

bus affert, ut Deo delectentur, eiq; læti ingen-  
tibus animis obtemperent. Itaq; læti aduent  
certamina & supplicia, Ieremias, Baptista,  
Paulus. Quia norunt se & curæ esse Deo &  
propter Filium diligî, & intelligunt causas  
cur Ecclesia cruci subiecta sit.

III.

Manna est imago cœlestis doctrinæ. 1. Si-  
cuti sine humano labore atque prouidentia  
ipsis hic cibus datur. Ita & Euangelij doctrina  
rationi prorsus ignota, absq; nostris meritis  
reuelatur, & summa bona gratis offeruntur.  
2. Manna cadit cœlitus cum rore cœlesti. Sic  
in Ecclesia necesse est, ut Spiritus sanctus in  
uerbo sit efficax. Quemadmodum enim ros,  
herbas aridiores excitat, & quasi à morte re-  
fuscitatur: sic Spiritus ueritatis, arida & contri-  
ta corda nostra, suo rore cœlesti reficit. 3. Vni-  
uersa multitudo satis cibi accipit. Sic & Deus  
dilexit mundum, ut Filium daret unigeni-  
tum, ut omnes in ipsum credituri, uitam eter-  
nam haberent. 4. Ignotus cibus fuit: Sic do-  
ctrina Euangelij quam plurimis obscura &  
ignota est. Quare tibi omnipotens Pater con-  
fiteor, hoc est, Gratias ago, quod abscondisti  
hæc à sapientibus, reuelasti uero nobis infan-  
tib. 5. Manna prouenit ad facietatem: Ita nihil  
in uerbo Dei iure potest desiderari. Nam in

## DE EVANGELIO.

omnibus necessitatibus tanquam ad sacram  
 ancoram ad uerbum Domini confugimus.  
 6. Manna saporem habet delectabilem: sic  
 nulla res in mundo est, quæ maiorem delectationem parere potest, extra uerbum Dei,  
 in ipsa etiam mortis hora. Huc Psalmi Davidis referendi sunt. 7. Hic cibus est rotundus.  
 Sic uerbum Domini est rotundum, manens  
 in secula seculorum. 8. Est candidus, hoc est  
 candida corda illum cibum expetere debent,  
 qui non secundum carnem: sed secundum  
 spiritum uiuunt. 9. Manna est frangenda  
 Mola, hoc est, Lex primum doceri debet, quæ  
 corda nostra præparat, comminuit, frangit.  
 Deinde Euangelium nos præparatos, allu-  
 mit beneuolè, comminutos colligit, fractos  
 confirmat. 10. Quando uenerunt in ter-  
 ram Canaan cœlum non amplius mannam  
 suppeditauit: Sic aliquando & hæc manna,  
 cum uerimus in terram Canaan, in regnū  
 cœlorum, non eo modo nos sustentabit ut  
 factum est, quando in deserto adhuc uagaba-  
 mur, hoc est, in hoc mundo. Tunc etenim  
 uir uirum non amplius docebit: sed erimus  
 omnes docti à Deo, & uidebimus Deum à  
 facie ad faciem.

### IIII.

Christus Saluator noster multas & in-  
 gnes

DE EVANGELIO.

gues etiam similitudines & imagines uerbi  
 diuini Matthæi decimo tertio capite propo-  
 nit. sed nō ero prolixius. Margaritæ compara-  
 tur uerbum Dei. Scripsi autem hac de re con-  
 cionem dedicatam Illustrissimo Principi ac  
 Domino, Domino Augusto, Duci Saxonix,  
 Electori &c, Domino meo clementissimo.

V.

Simile est regnum cœlorum fermento,  
 quod mulier miscet tribus satis farine, ut tota  
 massa fermentetur. Fermentum inflans, rare-  
 faciens & attenuans panem, significat doctri-  
 nam Euangelij, quæ est panis uitæ, alens uerā  
 Dei agnitionem, fidem, iusticiam, & uitam æ-  
 ternam, & inflans corda ueris motibus, uera  
 dilectione Dei & similibus. Tria fata signifi-  
 cant tres præcipuas partes hominis, mentem,  
 uoluntatem & cor, quæ commixta doctrina  
 Euangelij renouantur, & noua agnitione &  
 dilectione Dei, ac uita æterna donantur. Fit  
 autem hæc renouatio, cum fermentum com-  
 miscetur satis, hoc est, cum doctrina Euange-  
 lij studiose legitur, auditur, cogitatur, & in  
 quotidiana inuocatione, in laboribus uoca-  
 tionis, in ærumnis & doloribus ad usū trans-  
 fertur. De hac allegoria extat Oratio elegan-  
 tissima Philippi Melanthonis præceptoris no-

DISCR: VET: ET NOVI TEST:  
ftri charissimi, de tribus satis farinae in tertio  
Tomo declamationum.

## VI. LOCVS.

### DE DISCRIMINE VE TERIS ET NOVI TE STAMENTI.

**P**Aulus Apostolus Christi in Epistola ad Galat. 4. uenustissime accommodat duas coniuges Abrahamæ ad duo Testamenta Dei. Vt enim Agar ancilla genuit filium Ismaelem, qui non uenit in societatem bonorum. Abrahamæ, nec perpetuo in domo herili manfit: sed accepto demenso suo cum matre in exilium pellitur. Ita Lex uocatur à Paulo gignens seruos. Sara autem est quæ libera iuxta promissionem gignit Isaac hæredem Abrahamæ, qui perpetuo manet in familia, nec unquam pellitur à sua possessione: Sic Euangelium nobis promissam libertatem promittit et donat, quæ est perpetua, & complectitur uera & æterna bona.

## VII. LOCVS.

### DE IUSTIFICA TIONE.

Scala

**S**cala quam uidit Iacob etiam insignem  
 imaginem continet, quod duæ naturæ di-  
 uina & humana in Christo sint unitæ. Nam  
 etsi scala in terra consistit: tamen cacumine  
 cœlum attingit. Et textus diserte dominum  
 innixum esse scalæ affirmat, collocutumq;  
 etiam cum Iacob: Ego sum Deus Abraham  
 & Isaac patrum tuorum, hoc est, tradidî me-  
 um uerbum Ecclesiæ. cuius tu quoq; custos  
 eris & propagator. Deinde beneficia Christi  
 ipso positu scalæ significantur. Vt enim scala  
 attingit cœlum & terram: Ita filius Dei co-  
 pulat Ecclesiam cum Deo, eamq; alligat ad  
 unum caput, à quo fraude Diaboli iam pri-  
 dem auulsa erat. Depingitur etiam modus  
 quo beneficia Christi consequimur. Vt enim  
 Angeli in scala ascendunt & descendunt: Ita  
 nos sola fide, hoc est, fiducia Mediatoris ad  
 Deum accedimus, teste Paulo. Fides signifi-  
 catur imagine ascendentium Angelorum,  
 descensio uero docet, Ecclesiam à Deo exau-  
 diri, & impetrare bona quæ petit. Hanc alle-  
 goriam ueram esse, Christus ipse Iohan: i. ex-  
 ponit his uerbis: Videbitis cœlum apertum,  
 & Angelos Dei ascendentes & descendentes  
 super filium hominis. Primum autem amplif-  
 sima consolatio animis infigatur, quæ adfir-



DE IUSTIFICATIONE.

mat cœlum apertum esse, hoc est, Deum esse propitium, aditum ad Deum nobis patefactum, & iræ diuinę repagula remota esse, Deum respicere inuocantes ipsum & saluare.

Petra etiam seu lapis, quem Iacob capiti supponit, ad Christum accommodari potest. 1. Pet. 2. Matth. 16. super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Psal. 117. Lapis quem reprobaucrunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.

Vt autem Iacob in lapide dormiens diuina consolatione confirmatur: Ita nos fide in Christo acquiescentes, pacem habebimus erga Deum & in omnibus ærumnis gloriabimur in spe gloriæ Dei. Rom. 5.

II.

Totus Leuiticus cultus cum omnibus sacrificijs alijsq; cæremonijs hunc articulum egregie depingit. Omnium autem sacrificiorum cæremonialium principales & veri fines fuerunt. Primus cõseruatio publicarum congregationum. Secundo erant picturæ commonefacientes animos hominum de futuro Christi sacrificio placante iram Dei, et merente remissionem peccatorum. Tertio pijs & renatis sacrificia erant Sacramenta, id est, testimonia promissionis, quæ fidem exuscitabant & confirmabant. Quarto erant opera confessio-

## DE IUSTIFICATIONE.

confessionis & gratiarum actionis quibus hanc doctrinam amplectebantur, seiungentes se ab alijs gentibus:

### III.

Exodi 25, cap. multa Moses de panibus propositionis commemorat, qui imaginem pulcherrimam iustificationis continent. Ut enim non licebat nisi Sacerdotibus uesci panibus propositionis, ut scribitur Leuitici 24. Ita quotquot Euangelio Christi fidem adhibent, sanctificantur in sacerdotes, ut fiant participes sacrificij Christi, & habeant placatum Patrem in cœlis, non iusticiam operum Legis: sed propter benedictum semen Abrahamæ. Deinde ut panes in republica Israelitica perpetuo fuerunt propositi ante Domini conspectum: Ita prædicatio Euangelij perpetuo in orbe terrarum diuulganda & iudicanda est. Et sicuti semper panes in mensa propositi fuerunt, subinde tamen singulis sabbatis mutati sunt: Ita quidem semper idem Euangelium urgendum est, sed cum uarietas delectet, idem illud Euangelium, uarijs modis, figuris & rationibus dicendi, explicandum & illustrandum est. Postremo ut thus impositum fuit panibus: Ita Euangelium debet in nobis excitare spiritum orationis.

## DE IUSTIFICATIONE.

### IIII.

Exodi 27. pulcherrimam quoq; hac de re imaginem habemus, in descriptione Altaris. Significat autem altare Christum ad Hebræos 12. Quod uero iuge sacrificium quotidie super altare oblatum est, partim significat sacrificia Legis non expiare peccata, alioqui



eadem toties non essent repetita: partim significatum est, Christi meriti efficaciam perpetuo durare. Cornua in extremitatibus altaris quæ sanguine sacrificij aspergebantur: admonebant doctrinam Euangelij de morte Christi

## DE BONIS OPERIBVS.

Christi per uniuersum orbem terrarum spargendam. Varia instrumenta altaris, significant ministros Euangelij, qui diligenter puritatem doctrinae conseruant, purgant Ecclesiam a sordibus in carne relictis, ac fouent in piorum cordibus per uerbum ueritatis Spiritum sanctum &c.

V.

Pia commonefactio de Passione, Resurrectione & beneficijs Christi, quae in historia Succini depinguntur Autore Seuerino Gœbelio med: doctore anno 1558.

## VIII. LOCVS.

### DE BONIS OPERIBVS.

Quae opera docenda & facienda sunt?

**P**raecepta in Decalogo recte intellecto iuxta dictum Ezechielis 20. In praecipis meis ambulate & facite ea. Quae uero bona opera in Decalogo nobis in singulis praecipis proponuntur alio tempore audimus. Quia uero haecenus imaginibus quibusdam praecedentes locos illustraui: Pauca etiam de Bonis operibus dicam. Non possum autem meliori ratione hoc facere, quam ut exempla & imagines quaedam ob oculos uobis propo-



proponam, quomodo Deus illos ad poenas rapuit, qui Legem Dei uiolare non erubuerunt.

## I. IMAGO I. PRAECEPTI.

Prima imago in Adam, qui cum designaret idolatriam in pomo, & quaereret in eo summam diuinitatem & felicitatem, non ipse tantum punitus est, sed uniuersa posteritas. Item Deut. 8. Iud. 8. de Gideone. 1. Reg. 13. de Saule. 3. Reg. 14. de Hieroboam. 4. Reg. 17. totus Israel abiicitur & uastatur propter idola-



idolatriam. 2. Paralip. 36. abiicitur & in captiuitatem abducitur etiam Iuda propter idolatriam. Ac postremo Iudæi etiam abiiciuntur &c.

## II. PRÆCEPTI IMAGO.

Leuit; 24. uir quispian Aegyptius abutitur inter Israelitas nomine Dei ad maledicta & execrationes. Iubet igitur Deus ut eum lapidibus obruant.


4. Reg. 19. Sennacherib rex Assyriorum, blasphematur nomen Domini, dicens ad Ezechiam: Non te seducat Deus tuus in quo fiduciam



duciam habes &c. Deus punit ita eius blasphemiam, ut intereant in exercitu eius una nocte centum octoginta quinque millia uiro-  
rum, & ipse paulo post à suis filijs trucidatur.  
Dan: 4. Nabuchodonosor. Act. 10. de Hero-  
de. Euseb. lib. 4. cap. 14. de Cerintho.

### III. PRAECEPTI IMAGO.

In Num. capite 15. deprehendunt Israeli-  
tae hominem colligentem in Sabbato ligna:  
Isq; iubente Domino lapidibus obruitur &c.  
Possem plura exempla & in omnibus reli-  
quis



quis sequentibus Præceptis, uel iræ Dei ad-  
uersus uiolationem Declogi: uel diuinę pro-  
tectionis erga bonos, in medium proferre:  
sed breuis esse studeo.

### III. PRÆCEPTVM.

Honora patrem tuum & matrem, ut sis  
longæuus super terram. Pulcherrime inquit  
D. Basilius: Prouidentia Ciconiarum circa  
senio affectos, sufficiebat, ut pueros nostros,  
si animaduertere uellent ad parentum amo-  
rem excitaret. Nullus enim adeo defrigidum  
cere-



DE BONIS

cerebrum habet, ut non pudore dignum iudicet, brutissimis uolucris, uirtute cedere.



Illæ patrem senio pennarum defluuio laborantem circumstantes proprijs pennis, confortant, & alimentum abunde suppeditantes, etiam uolandi auxiliũ quantum possunt præbent, utrinq; alas leniter alleuantes. Præterea & parentes considerabunt sui officij partes, nec imitabuntur in educatione Aquilam. Aquila enim duos pullos excludens, alterum ipsorum ad terram deijcit, alarum plagis expellens & repudians, alterum autem solum

solum susceptum, familiarem sibi facit, propter alimenti difficultatem abdicans quem generauit. Talis natura in multis horridioribus & agrestioribus hominibus etiam conspicitur, qui uolunt filijs suppeditare nihil, sæpe etiam in distributione hæreditatis sunt iniquiores: Imo ditissimi, minimam curam habent, ut ingenia filiorum bonis artibus, quæ nerui sunt omnium optimarum rerum excolantur. Fertur Vrsam informes partus utero edere: sed natos lingua fingere, atque in speciem sui similitudinemque formare. Vrsa igitur (inquit diuus Ambrosius) partus suos ad sui effingit similitudinem: tu filios tuos instituere similes tui non potes?

Deinde in Cornice amor singularis erga sobolem conspicitur, quæ etiam nunc pullos uolantes, concomitatur, ipsisque cibum suppeditat, & ad plurimum tempus enutrit. Porro non solum nostris parentibus: sed & Magistratibus honorem exhibere debemus, præsertim cum sint loco parentum. Habemus autem & de hac re pulchram imaginem in Apibus. Apes sub Rege & quodam ordinis duce operas attingunt, non prius ad prata exeuntes, nisi ubi uiderint, regem uolatum auspicari. Est quidem aculeus regi, sed non utitur eo ad ultionem. Leges quædam hæ sunt

E naturæ

## DE BONIS

naturę non scriptę, ut tardi sint ad uindictam, qui ad maximas potentias sunt euecti. Sed sunt multę alię Imagines & simulachra uirtutum in hoc animalculo, ut infra copiosius audiemus. Locustę etiã suum regem ceteruatim comitantur, qua de re, Iodocus Vuillichius uir in omni doctrinarum genere peritissimus pulcherrimum Dialogum olim scripsit, Philosophis, Medicis & Theologis non parum utilis.

### V. PRÆCEPTVM.



Non

## O P E R I B V S.

Non occides. Quid hoc sibi uult? Respondebitis. Dominum Deum nostrum timere debemus & diligere, super omnia, ut propter ipsum, proximi uitæ non insidiamur, in corpore eum non lædamus: sed eum in omnib. necessitatibus consolemur, sustentemus, adiuuemus. Habemus autem in creaturis maxime egregia simulachra, quæ ad huius præcepti declarationem, non exiguum pondus atque momentum apud hominem temperatis atq; moderatis moribus præditos, habere possunt atq; debent.

### I. Imago:

In Camelis est memoria iniuriarum, iræ grauitas, & ad ulciscendum constantia. Audite uos (inquit diuus Basilus) qui grauiter irascimini, qui memoriam iniuriarum ueluti uirtutem colitis, cui similes estis, cum offensam contra proximū, ueluti scintillam quandam in cinere occultatam tam diu seruatís, donec materiam adepti, uelut flammam iram reaccendatis. Quia uero coniunctio animorum esse debet inter omnes qui nomina Christo dederunt, ac in ipsius uersantur castris: tamen potissimum hi omnem mouebunt lapidem qui in hac militia sunt capitanei atq; duces, ut ipsi inter se concordés, uerā pa-

cem & concordiam alijs quoq; annuncient. Non enim sine graui causa Dauid inquit: Ecce quam bonum, habitare fratres in unum &c. In quo Psalmo duabus similitudinibus utitur, quarum prima concordiam Balsamo, secunda rori cœlesti comparat.

Balsamum singulari consilio Deus uni loco tribuit, in quo collocauerat suam Ecclesiam. Consideranda est autem hæc proprietas lignum caudicis Balsami attrectatum ferro mox moritur, cum tamen secari necesse sit, sed id sine ferro faciendum est. Significatio non absurda est, Ecclesiam non regi ferro & crudelitate suppliciorum: sed mentes perspicua doctrina conuincendas, & ostensa Dei bonitate ad assensionem flectendas esse &c.

2. Vicina quercui olea extinguitur. Item olea moritur in scrobe quercus, id est, docendi munus extinguitur conuersum in imperium. Ah utinam nostro tempore multi hoc considerarent, qui propter priuata odia & singulares animorum inflammationes: addo etiam propter ardentem & inextinguibilem fitim ad parandum sibi nomen & existimationem præ reliquis; Ecclesiæ uulnera non curare: sed refricare & ampliora facere non dubitauerunt. Postremo & ros suam naturam ac proprietatem habet, quam Spiritus sanctus

OPERIBVS.

sanctus dubio procul inspexit & considera-  
uit. Ros omnes herbas iam quasi emortuas,  
in estate resuscitat: sic placida Ingenia ex quo-  
rum cordibus tanquam ex fonte purissimo  
ros concordiae manat: Ecclesiae usui & orna-  
mento esse possunt. Et quemadmodum ros  
optimus in terram cadit eo tempore magis  
quando caelum est serenissimum: Ita ex nu-  
bibus nostri cordis fluit & distillat copiosius  
& optimus Ros, hoc est, uera caritas, pax,  
concordia, quando et nostrum caelum est se-  
renum, hoc est, quando cognoueris te esse  
hominem. Legant autem studiosi pulcher-  
rimam Orationem domini praecceptoris Phi-  
lippi, de considerata Sympathia & Antipa-  
thia in rerum natura, Recitata a Iacobo Mi-  
lichio, Doctore artis Medicae, cum decerne-  
retur gradus, doctori Vito Ortel Vuinshe-  
mio. Haec Oratio inquam est eruditissima, &  
nos de multis maximis rebus commonefa-  
cit.

II.

Grues in nocte uigilias ex circuitione ui-  
cissim suscipiunt: aliae quidem dormiunt, aliae  
uero circum circa obeunt, omnem ipsis se-  
curitatem (ut Ambrosius dicit) in somno ex-  
hibent. Hanc disciplinam & in uolatu uide-

## DE BONIS

bis. Aliās enim alia ducatum suscipit, & destinatum quoddam tempus in uolando prægressa retro uertitur & ducatum uiaē insequenti post eam tradit. Hoc loco uideris quod bruta sibi inuicem ministeria non recusent: sed summa promptitudine & alacritate officia sibi præstent. Idem de Ceruis legitur, Hi etiam portant onera sua inuicem. Sed hac de re plura uerba facere non necesse esse existimabam: & eō magis cum germanicum scriptum ante paucos dies in lucem edidi, ubi pro mea mediocritate, naturas Cerui descriptas, ad nostrum usum applicaui.

### III.

Habemus & insignem imaginem in Sole & omnibus corporibus cœlestibus. Sol surgit aquam immundam & ad se attrahit, non ut retineat: sed distillatam & purgatam, terræ magno cum fœnore reddat. Terra arida & ieiuna, magna cum gratitudine istud beneficium accipit, profert pulcherrimos flores, saluberrimas herbas, & frumenta uaria eademq; maxime necessaria. Est hæc imago iucundissima quæ nobis profundiores cogitationes iniicere potest.

Præ-



## IIII.

Præterea diuus Paulus Imagines sumit à  
 membris humani corporis desumptas, quæ  
 egregie quoq; officia charitatis depingunt.  
 Quare sic Dominus præceptor, Philippus in  
 lectionibus suis sæpissime hac de re dixit.  
 Quam mirandum foedus est omnium inter  
 sese membrorum capitis, cordis, uentris, Epatis,  
 & aliorum, à capite nerui, à corde arteriæ,  
 & spiritus in cætera membra propagantur, à  
 Ventriculo & Epate præparatur nutrimentum,  
 & omnia multis uinculis et officijs con-



DE BONIS

nexa sunt. Deinde sunt ἐν ἑαυτοῖς mirificæ  
 καὶ δυνάμεις, alia attrahit conuenientia, alia  
 expellit inutilia & aduersantia, in his omni-  
 bus ordo, qui ostendit sapientiam opificis te-  
 stimonium est de Deo. Copulatio uero non  
 solum hoc monet ut omnibus officijs conso-  
 ciationem ipsi tueamur, sed etiam ut scia-  
 mus Deum autorem talium copulationum  
 & fœderum, uelle nobiscum etiam copula-  
 tum esse, quod ut magis conspici posset, im-  
 mensa bonitate, diuinæ naturæ copulata est  
 humana in Filio. Magnitudo huius tantæ  
 rei perspici ab humanis mentibus non po-  
 test. Hæc ille. Vt autem cor reliquis mem-  
 bris beneficia præstat, ac pro se exiguo ali-  
 mento contentum est: Nam sanguinem per  
 cauam uenam ex Epate deriuatum, cor pro  
 sua facultate in spiritum uertit, ac indē omni-  
 bus corporis particulis benignè succurrit. Sic  
 omnes qui ad gubernacula rerum publica-  
 rum sedent, non suæ utilitati: sed communi  
 proprio inseruire, defensionem, disciplinam,  
 leges, tranquillitatem in suo munere studiose  
 conseruare debebant &c.

VI. PRAECEPTVM.

Non mœchaberis.

Turtu-



Turturem aiunt coniuge priuatum, non  
amplius alterius societatem suscipere, sed  
manere solitarium ob memoriam olim con-  
iuncti.

## II.

Vipera sæuissimum omnium reptilium  
ad marinæ murenæ nuptias accurrit, & ubi  
sibilo præsentiam suam indicauit, euocat  
ipsam ex alto ad nuptialem complexum. Hęc  
uero obedit: Et cum bestia iaculante uene-  
num unitur, quid mihi uult hic sermo? quod  
siue asper sit, siue feris moribus maritus, ne-  
cesse

cesse est ferre coniugem, & ex nulla occasione admittere ut unio diuellatur, percussor est, at uir, ebriosus est, at unitus secundum naturam, asper est & implacidus: At membrum iam tuum & membrum præstantissimum. Audiatur autem & uir admonitionem ipsi conuenientem. Vipera nuptias re uerita uenenum euomit, tu naturæ crudelitatem & inhumanitatem non deponis ob reuerentiam unionis?

## III.

Certum est ocia & uoluptates irritamenta esse malorum omnium, adulteriæ & nefandarum libidinum. Habemus igitur egregiam imaginem in formica, à quo animalculo hæc pestis longe abest. Nam nulli ætus ardentissimi absterrent ipsum à labore, non noctu uacua sunt, quod tempus Dei benignitate alijs animalibus ad quietem concessum est &c. Quid autem de parsimonia formicarum dicam, quæ in hoc genere maxime cernitur: Non enim tantum in præsens sibi consulunt: sed comparant, & prospiciunt sibi in futurum, &c. Studiosi legant domini præceptoris Philippi Orationem in primo Tomo de formica. Possem hoc loco alias imagines castitatis, continentia atq; modestia

OPERIBVS.

deſtinae quæ conſpiciuntur in Brutis oratione  
perſequi : ſed ſatis eſt hæc obiter admonu-  
iſſe.

VII. PRAECEPTVM.

Non furtum facies.



I. Imago.

Perdix eſt aſtuta, quæ aliena oua, hoc eſt,  
alterius perdicis oua diripit & corpore ſouet  
ſuo, ſed fraudis ſuæ fructum nequit habere,  
quia cum eduxerit pullos ſuos, amittit: Nam  
audientes uocem eius quæ oua generauit,  
ad

DE BONIS OPERIBVS.

ad illam confugiunt. Hanc nutricis fungi officio, illam parentis, aliqua ex parte significant. Utinam omnes, qui attentiores ad res suas sunt quam par est, hæc sibi ob oculos proponerent, non profecto sanctæ iusticiæ iura tam præfractè in suis negotiationibus uiolaturi essent, Sed quid non auri sacra fames? Attamen nemo de paupertate doleat, neq; de sua uita desperet, etiamsi domi nullam relinquit opulentiam.

II.

D. Basilius monet nos ut respiciamus ad Hirundinis industriam. Illa nidum construens, festucas quidem ore transfuehit, lutum autem pedibus eleuare non potens, extremitates pennarum aqua madefaciens, deinde tenuissimo puluere obuoluens, sic luti usum excogitat, & paulatim festucas inter se uelut glutine quodam connectens, in ipso sic nido pullos educat. Hæc imago nihil aliud uult, quam ut uitemus illam sollicitudinem, magnam, superuacaneam, addo etiam impiam, ubi bona corraduntur in iniusticia, ubi nunquam facietas est, etiamsi omnes montes conuersi essent in aurum, certe deplorandum est, nostram naturam tam misere deprauatam,  
nunc

## DE ECCLESIA.

nunc à brutis sapientiam debere haurire. Imo magis est deplorandum quod Dei paternas commonefactiones in suo uerbo quotidie propositas, contemnimus, negligimus, respuimus. Postremo multas alias imagines hac de re habemus tam in Veteri quam Nouo Testamento: sed de his alio tempore plura. Nunc ad finem propero.

## IX. LOCVS. DE ECCLESIA.

### I. Imago.

**A**rcæ Nohæ pulcherrimam imaginem Ecclesię proponit, illamq; uiuis coloribus depingit. Lege D. Lutherum in Genesin.

### II.

Haud scio an ulla extet pulchrior imago Ecclesię, quam ea quę proponitur in arca fœderis alijsq; rebus, quę ad eandem pertinebant. 1. Arca compingitur quidem è lignis piceis, uestitur autē auro purissimo: Ita Christus assumpsit quidem humanam carnem, quę ut picea ligna facile ab igni arripuntur & deuorantur, ita corruptioni natura sua est obnoxia. Sed quia fuit obducta auro  
mundo,

DE ECCLESIA.

mundo, quod non potest igni consumi, si-  
 gnificatur diuina natura, Deinde ornatur ar-  
 ca in superiori parte corona aurea per circui-  
 tum. Hæc corona significat in Christo aut  
 diuinam naturam, quæ ut circulus, initio &  
 fine caret, aut Maiestatem regni: de qua pas-  
 sim Scriptura præclare concionatur. Cir-  
 culi uero in angulis & uectes lignei sed auro  
 obducti, quibus arca gestata, & de loco in  
 locum translata est, significat prædicationem  
 Euangelij de Christo. Hac enim Christus  
 gestatur, in totum orbem terrarum. Vnde &  
 uectes perpetuo in circulis aræ affixis ma-  
 nent, quia prædicatione Euangelij nunquam à  
 Christo seiungi debet. Deinde quod Sa-  
 cerdotum tantum & Leuitarum officium fu-  
 erit arcam tractare & portare, hoc ilud est,  
 quod Petrus scribit. Vos estis genus ele-  
 ctum &c. Item, ut & hoc tempore ordo in  
 Ecclesia obseruaretur, ne temere aliquis hoc  
 munus sane grauissimum, sine iusta & legi-  
 tima uocatione appeteret. In arcam repo-  
 sitæ sunt duæ tabulæ Decalogi, quia Christus  
 fuit uera Legis impletio. Item quod Ecclesia  
 custos sit Propheticæ doctrinæ. Et est Man-  
 na in arca repositum Iohannis 6. Ego sum  
 panis uitæ. Item uirga Aaron in arcam est  
 reposita. Hæc Virga Christum aptissime de-  
 lineat.

## DE ECCLESIA.

lineat. Cum enim uideretur aridus et tradere-  
 tur morti, iterum germinauit & resurrexit.  
 Præterea quod in nullo alio loco licuerit or-  
 dinariè publica sacra facere, præterquam in  
 eo loco, in quo arca sita erat, significat, partim  
 unum esse sacrificium quo expiatio omni-  
 um peccatorum nostrorum facta est: partim  
 nullum opus Deo placere extra Christum.  
 Propiciatorium autem adumbrat Christum  
 non minus aptè quam commodè. Primum  
 enim Deus collocutus est cum Mose de pro-  
 piciatorio: Ita & palam ac multo præsentius  
 collocutus est nobiscum per Christum Fi-  
 lium suum. Ad extremum ut Cherubim  
 expandunt alas suas & obumbrant propici-  
 atorium, ita multo magis diuina protectio  
 obumbrat tam Christum, quam omnes qui  
 in Christum credunt. **DEVS** autem pro-  
 tegit per Angelos suos.

### III.

Tabernaculum est quoq; imago Ecclesię.  
 Color purpureus Tabernaculi, significabat  
 sanguinẽ Martyrũ, color coccinus significat di-  
 lectionẽ, qua Deus Ecclesiam suam cõplecti-  
 tur, & mutuam illam beneuolentiam et *ὁμιλίας*  
*διὰ τῶν* piorum, color hyacinthinus signifi-  
 cat



## DE ECCLESIA.

cat afflictiones Ecclesie, color bislinus ueram consolationem & læticiam qua ornatur Ecclesia. Hinc est quod Angeli in Veteri & Nouo Testamento semper in albis uestibus apparuerunt. His coloribus iam inde ab initio ornata Ecclesia fuit.

### IIII.

Amaranthus nascitur mense Augusto, *Tausentschön* gaudet decerpi, & sic nascitur lætius. Flores Amaranthi madefacti hybernis coronis materiam suppeditant. Dicitur autem amaranthus quod non marcescat. Sic Ecclesia pulchritudine omnibus cœtibus humanis antecellit. Hanc solam amat & amplectitur Filius Dei, in hac sola acquiescit, alijs omnibus reiectis & repudiatis, qui Euangelium aspernantur. Denique Ecclesia gaudet decerpi, id est, uolens libensque Deo obtemperat in toleranda cruce. Renascitur etiam lætius, hoc est, maximum crucis fructum capit, uidelicet agnitionem et inuocationem, ueram Dei confessionem. Denique perperuam corporis conseruationem, etiam si in aliqua membra sæuitur. Vt enim Amaranthus nunquam marcescit: sic Ecclesia nullo unquam tempore deleri atque extirpari potest.

test. Deinde & hoc admirandum, quod Amaranthus aqua conspersus reuiuiscit, & quasi à mortuis excitatur: Ita & nos non dubitemus, Ecclesiam ex monumentis diuinitus recepta uita, prodituram & celebraturam æternum Patrem Domini nostri Iesu Christi, Filium eius Redemptorem nostrum, & Spiritum sanctum. Et si enim alia regna suas habent conuersiones, & celeriter tanquam flosculi decidunt: tamen hoc unicum regnum altius defixum radicibus, nunquam ulla uis labefactari, nunquam loco dimoueri potest.

## V.

Aristoteles de Cygnis cōmemorat quod sunt in numero earum auium, quæ firmos pedes habent, & uiuunt circa lacus & paludes. Sunt autem uita & moribus bene constituti, et prolem numerosam producunt, suauiterq; consenescent. Quanquam autem nullas aues laceffunt nec pugnae initium faciunt: tamen in defensione necessaria, aduersus Aquilæ iniurias, uictores euadunt. Constat autem Cygnos in morte suauissime canere: et ut alij doctores tradunt urtica uesci ad opprimendas & extinguendas libidinis flammæ, & præcipuum robur in alis habere. Nulla pro-

DE ECCLESIA.

sectō res propius ad imaginem Ecclesiæ ac-  
cedit quam hæc Cygnorum natura. Nam  
& Ecclesia nititur stabili & firmo fundamen-  
to, aduersus & inferorum portæ firatagemata  
nulla sunt. Viuit autem circa lacus & pa-  
ludes, non appetit imperia, non superbos re-  
gum aditus. Quæ autem pars humani ge-  
neris melius est morata & rectius constitu-  
ta: Hæc sola uescitur urtica, hoc est flagi-  
tiosas libidines studiose fugit, & constanter  
reformidat. Multos præterea liberos quos ex  
aqua & spiritu genuit amantissime educat &  
bona conscientia sustentat. Et si autem tyran-  
nos nulla iniuria afficit neq; prouocat: tamen  
freta duabus alis, in quibus præcipuum Ec-  
clesiæ robur est, uidelicet ministerio uerbi, &  
ardenti precatione: de gradu eos deijcit. His  
armis uicti sunt Maximinus, Iulianus, & alij  
innumerabiles. Multa deniq; sunt in Cy-  
gnorum natura præclara: sed illud in primis,  
quod cum cantu & uoluptate moriuntur: Sic  
Ecclesia cum ad uitæ exitum uocatur suaui-  
sime canit, hoc est, inuocat Filium Dei, a quo  
robur & animum attrahit.

VI.

Halcyon auicula in alto mari, mediâ hye-  
me nidificat, incubat ouis, eaq; excludit. Et  
priusquam in lucem suos foetus edit ac pro-  
ducit,

ducit, mare per 14. dies medio tempore hœ-  
 mis summam illi tranquillitatem præstat. Est  
 autem hæc auis pulchra & præcipua imago  
 Ecclesiæ, Ecclesia .n. uelut Halcyon in medijs  
 procellis & fluctibus maris nidum facit, in-  
 cubat ouis, excludit fœtus, fouet & educat.  
 Mare autem infidum & procellosum, est im-  
 pius mundus regnum Sathanæ, in quo Ec-  
 clesia nidum suum habet, & in mari multis  
 circumtranantibus undis iactatur, Attamen  
 mare est tranquillum, donec Halcyon par-  
 turit suos fœtus, educauit atq; fouit, hoc est,  
 impijs etiam parcit Deus, præbet eis pacem  
 & tranquillitatem propter electos suos, do-  
 nec pijs ad se translatis, impios igni inextin-  
 guibili cremabit. Hæc cogitabimus quan-  
 do uenti & procellæ, Halcyonis nidum ob-  
 ruere uolunt; Item cum impios florere ali-  
 quamdiu uidemus; hi enim saginantur ad  
 cruciatus sempiternos. Deinde talis etiam  
 natura halcyonum est, ut extincto altero, al-  
 ter etiam moriatur. Item quando maritus  
 iam senquit, nec amplius uolare potest: tunc  
 fœmella gestat illum ad dulces aquas, & po-  
 stea rursus in nidum collocat. Sicut igitur  
 fœmella gestat maritum ad aquas dulces: sic  
 Ecclesia quoq; debet reuerentiam & pabu-  
 lum suis doctoribus.

DE ECCLESIA.

*Coniugis ut senio confecti corpus aquatum,  
 Ipsa suis humeris Halcyo grata gerit.  
 Sic bene promeritum doctorem Ecclesia curct,  
 Et leuet etatis pondera dura seni.*

VII.

Luna est etiam imago Ecclesiæ. 1. Per se non lucet, accipit enim lumen à Sole, hoc est, Ecclesia illuminatur à filio Dei. 2. Corpus eius non undiq; æquabile existit, aliæ enim partes sunt densiores, hoc est, Multi adhuc habent multas imbecillitates, dubitationem, securitatem. 3. Lumen Solis incidens in lunam, non eodem modo diffunditur, hoc est, non apud omnes homines uerbum Dei disseminatum, eandem habet efficaciam, eundem effectum. 4. Non æqualiter lucet, mox pleno lumine cernitur, modo crescit, iam diminuta est, hoc est, nunquam est similis status seu forma Ecclesiæ, alijs temporibus magis, alijs minus floret. Interdum enim penitus est abscondita, mox rursus est plena: ut quando Christus latet in sepulchro, Apostolis dissipatis metu & terrore, uideretur Ecclesia esse extincta, sed mox tertia die pleno lumine apparet. 5. Interdum eclipsatur quando terra soli lunæq; interiecta est, & contingit in oppositione

positione luminum hoc est, quando terra, id est, terreni homines sua ratione, sapientia, omnia rimari, excutere & intelligere uolunt, tetrae eclipses sequuntur, ut uideamus in omnibus haereticis, sacramentarijs atq; multis alijs hoc nostro miserrimo tempore. 6. Quanto umbra terrae est spissior, tanto eclipsis est longior, hoc est, quanto magis a regia uia aberraueris, secutus humanum tuum intellectum atq; sapientiam, tanto & eclipsis, & obtenebratio tuae mentis erit diuturnior, ut in Ethnicis sapientissimis hominibus uideamus. 7. Semper pars illuminata aspicit solem. Sic etiam nulli homines in hac terra illuminati sunt, nisi quos Sol IESVS CHRISTVS, uera lux illuminans omnes homines, suo uerbo illustrauerit.

## VIII.

Fœtus in aluo materno existens uenustissimam Ecclesiae imaginem nobis proponit. Sedet enim fœtus in aluo circumseptus fasciulis, seu panniculo, quem  $\chi\omicron\rho\rho\rho$  uel secundam nominant, & alitur sanguine materno per cotylidones. Sic Ecclesia sedet in hac uita uelut inuoluta uerbo Dei, & alitur lacte diuino, per ministros Euangelij, non euagatur extra limites uerbi diuini: sed doctrinam

DE CRUCE

incorruptam sine ulla hæsitacione amplectitur. Ac etsi nondum uidet res in Euangelio promissas, sicut infans nondum cernit hanc pulcherrimam cœli lucem, tamen est uerbo Dei contenta, donec in aliam celebriorem Academiam uenerit. Alij non continent se intra sacrarum rerum metas, indulgentes suis peregrinis opinionibus exitium sibi æternum accersunt. Sicuti enim ἐκ γώματα seu abortus fiunt quando foetus ante tempus χόρον rumpit: Sic tales immaturi homines nec sibi nec alijs prodesse possunt.

X. LOCVS.

DE CRUCE ET AFFLICTIONE ECCLESIE.  
S I Æ.

I.

**A**quilæ in senectâ fit rostrum curuum, ut cibum capere non possit. Ne autem fame contabescat rostrum ad petram allidit, atque ita uires recuperat & quasi reuiuiscit: Ita pius tentationibus & magnis terroribus oppressus, & iam mortificia contabescens, ad petram,



petram, id est, Christum sese recipit, à quo confirmatur, recreatur & nouas uires recipit.

II.

Sycomorus est arbor propria Iudeæ admodum fecunda. gignens fructum medium inter ficum & morum, qui non maturescit nisi prius scalpatur ferro & ungatur oleo. Sic Ecclesia non adfert fructus, nisi scalpatur & ungatur, hoc est, sine castigationibus & sine diuina consolatione consistere nequit.



## III.

Maiores nostri in Christianissimo confitris quibusdam fabulis, rudi populo ueritatem rerum depinxerunt. Talis est fabula de Christophoro portante puerum IESVM per Mare, qua imago Christiani proponitur, quod Christianus per multas afflictiones Christum portet & ingrediatur regnum Dei. Sunt & multæ aliæ imagines, quæ Ecclesiam cruci subiectam esse, euidenter demonstrant, ut historia Abrahami, Isaac, Iacob, Iosephi, Mosi & populi Israelitici, Christi saluatoris quando in Aegyptum ob tyrannidem una cum matre in sua infantia profectionem parare, necesse fuit. Sed de his omnibus alio tempore,

## IIII.

Sicuti Gedeon superauit Midianitas, ita & nos omnes hostes Diabolum, peccatum, mundum, & totum pelagus afflictionum, non armis quidem, non machinis bellicis, sed uerbo Dei tuba sonante. Per hanc enim uocem Euangelij non aliter terretur Diabolus, quam cantu galli, Leo in fugam uertitur. Testula significat imbecillitatem & fragilitatem nostræ naturæ, peccato & morti obnoxia. Sed tamen in his testulis circumferimus lucem

ET AFFLICTIONIBVS.

cem de Deo, quo thesauro nihil est præstantius. Hæc autem bona assidue latentia in corde, non prius in oculos hominum incurrunt, quam ad hostes uentum est, & cominus cum eis pugnandum est. Ibi & si frangitur nostra testula, id est, corpus nostrum uarijs & diuersis modis excruciat, ut Laurentij testula igni consumitur, tamen per ipsas lucet ærumnas decus Ecclesiæ proprium. Fides, inuocatio, confessio doctrinæ & tolerantia.

V.

Iosuaë 6. Iericho significat hunc mundum, muri sapientiam, potentiam, sanctitatem & alias huius mundi uirtutes. Clangor buccinæ prædicationem Euangelij, per eam Christus hunc mundum & muros eius deiecit & demolitur. Cæterum quod Raab seruatur non est surda aure prætereundum. Erant tot potentes, tot sancti, tot diuites in Iericho. Sola autem meretrix illa impudica Raab seruatur, & quos illa secum seruat: nec solum seruatur, sed fit uxor patriarchæ Salmon, & fit abauia non solum Dauidis: sed Domini nostri Iesu Christi. Sic solet res in hoc mundo geri, ut qui maxime uidentur esse in Ecclesia Dei, non sint in Ecclesia, & qui minime apparent, hi maxime sint in Ecclesia.

DE POENITENTIA.

# XL LOCVS.

DE POENITENTIA.

**H**abemus & in ueteri & nouo Testamento uarias poenitentiae imagines: sed tempus postulat ut uela contraham.



I.

Samson est imago hominis pii, in quo omnes partes poenitentiae conspiciuntur. Hic cum in timore Dei ambulat & Spiritum sanctum retinet, res magnas & saluberrimas gerit.

## DE POENITENTIA.

rit, Verum ubi securus & ociosus esse cœperat illecebris uoluptatum inescatus, blanditijs Delilæ uictus est, & occultum suum robur prodidit: Nam Delila est imago uoluptatis. Docet autem hæc historia ut in timore Dei uiuamus, nec contra conscientiam perulenter peccemus.

### II.

Possem hoc loco non incommode 10. pœnas, quibus Pharaon propter suam contumaciam affectus est, cum suis allegorijs commemorare, ut essent commonefactiones pijs, ut nos pulsare non desisteremus pœnitentiæ ianuam: sed hac de re suo tempore dicam.

### III.

Quemadmodum Iudicum 6. Gideon quando uidit angelum quem non agnouerat, non terretur: sed miraculo edito, horrore concutitur. Ita nos non multum afficimur, quando tantū frigide Legem Dei audimus, sed postea ingens terrorum tumultus oritur, antequam propiciam faciem Dei uideamus, hoc est, priusquam Euangelium nos consolatur, ut in hanc erumpamus uocem: Vidi a facie Dominum & anima mea saluata est. Sic in nouo Testamento imago pœnitentiæ  
Maria

DE SACRAMENTIS.  
Maria Magdalena, Zachæus, filius prodigus,  
Petrus Apostolus, Latio in cruce.

XII. LOCVS.  
DE SACRAMENTIS.



**O**Mnia Sacramenta omnium temporum  
principaliter propter hunc finem insti-  
tuta sunt, ut sint signa, seu testimonia, seu pi-  
gnora & sigilla promissionis gratiæ. 2. Signa  
sunt confessionis, in quibus profiteamur quid  
sentia-

DE SACRAMENTIS.

fentiamus. 3. Sunt notæ discernentes Eccle-  
 siam à cæteris sectis. 4. Sunt nerui & uincu-  
 la publicorum congressuum. 5. Quia spe-  
 ctacula incurrentia in oculos, magis mouent  
 oculos & facilius retinentur. 6. Ipsi ritus  
 Sacramentorum de certis officijs moralibus,  
 ut de Gratiarum actione, de dilectione &c.  
 utentes admonent. Lege de hac re concio-  
 nem de Sacramento Reuerendi patris. D. Lu-  
 theri in concionibus quas in domo sua ha-  
 buit. Quia uero in Veteri Testamento ipsi  
 Sacramenta fuere Arca Noë, Iris, nubis co-  
 lumna, Mare rubrum, Manna, petra, Cir-  
 cumcisio: pulcherrimæ profecto imagines  
 & allegoriæ nobis in his proponuntur, qua-  
 rum consideratio, non parum te iuuabit,  
 quando sermonem habiturus es de Sacra-  
 mentis in Nouo testamento de Baptismo &  
 Cœna Domini.

I.

Quemadmodum Iudicum 1. tradita qui-  
 dem est terra Canaan in possessionem, relin-  
 quit tamen Dominus in ea gentes aliquot  
 aduersarias ad exercendum Iraelem: Ita  
 omnibus datur quidem credentibus in ba-  
 ptismo iusticia & uita æterna per fidem pro-  
 pter

DE SACRAMENTIS.

per Christum: attamen hostes relinquuntur desideria carnis, ut in toto uitæ nostræ curriculo exercitium fidei in domandis & expugnandis reliquijs carnis habeamus. Noui quod in me, hoc est, in carne mea nihil boni habitet, non igitur carni obsequendum, nec fœdera cum ea percutienda sunt.

II.

Iudicum 4. Confer inter se speciem exercitus Barac, & speciem exercitus Sissaræ, tunc nihil magis temerarium & insanum conatu Deboræ & Barac apparebit. Egreditur enim Barac in bellum tantum cum decem millibus è duabus contemptis tribubus collectis, & in hoc exercitu primas partes tenebat mulier. Ex altera autem parte habebat Sissera, quemadmodum scribit Iosephus, tercentum millia armatorum, equitum decem millia, & curruum tria millia, inter quos nongenti currus falcati erant, quis uero Baraci stulticiam non risisset, aut publicam Israël salutem deplorasset? Sed uerbum Domini expugnat statim potentiam, sapientiam & sanctitatem, omnium Cæsarum, Regum & Principum, imo omnium Diabolorum. Sic Sacramentarij ridet eos, qui ex uerbo Domini docent panem

DE SACRAMENTIS.

panem Cœnæ dominicæ esse uerum corpus Christi substantialiter. Dicunt enim: quid est quatuor tantum nuda uerba habes, hoc est corpus meum, & confidis te his sententiam tot eruditorum & sanctorum uirorum euerfurum? Sed uerbo Domini Diabolo resistendum est.



III.

Quia uero Cœna Domini uocatur Testamentum non temere hoc factum esse, iudicabis. Nam extremam suam uoluntatem nobis



DE SACRAMENTIS.

nobis Christus declarauit, ac omnia quæ in Testamento esse soleant hic reperiuntur. 1. Testator & autor huius Testamenti est CHRISTVS. 2. Testamentarij ac testes sunt Discipuli & eorum successores, quia uero fidelis testamentarij est eodem modo legatum distribuere sicut testator instituit, quemadmodum in iure uidemus: Ita nec Christi testamentum, quod suo sanguine obsignatum & confirmatum est, irritum debet fieri. 3. Hæredes & amici nos sumus, & omnes qui in Christum crucifixum & resuscitatum credunt. 4. Legatum est remissio peccatorum. Rom. 4. 5. Literæ quibus legatum continetur est Euangelium. 6. Sigilla quibus literæ confirmantur sunt Sacramenta, signa certæ nostræ redemptionis.

Certum est, Theologum multum fructum inde demerere & percipere posse, si aliqua ex parte terminos iuris cognouerit, ut de testamento, de curatoribus, de obligationibus, de legato, de deposito, de iudicibus, de testibus, de matrimonio, de manumissione &c. hæc cognitio, etiam si exigua est: tamen multas egregias in se similitudines & imagines continet, ut certo tempore demonstraturus sum.

LOCVS.

DE ORATIONE.  
XIII. LOCVS.  
DE ORATIONE.

I.

**P**Ulcherrimam imaginem Orationis, habemus Exodi 27. Nam quod est eleuatio manuum cum Virga, id est, Oratio ex fide & mandato Dei profecta. Et quemadmodum manus Mofi graues sunt, ita caro nostra torpet & languescit in oratione, donec Christus qui est petra spiritalis orantem suffulciat: & Aaron & Hur manus Mofi sustentent, hoc est, ministri uerbi Dei orantem confirmant promissionibus & uerbo Dei. Et sicut Virga non tribuit uictoriam sua natura aut uirtute, sed uirtute uerbi Dei, ita nec oratio quicquam impetrat operis sui merito, sed obtinet atque impetrat omnia propter Christum. Amen Amen dico uobis, quicquid petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis.

II.


Exodi 30. oratio per thymiama significatur. Altare significat CHRISTVM. Thymiama seu incensum adumbrat orationem.

G

nem.

DE ORATIONE.

nem. Psalmus 140. dirigatur oratio mea  
sicuti incensum in conspectu tuo, eleuatio  
manuum mearum sacrificium uespertinum  
carbones sunt fides, qua oratio ita inflamma-  
tur, ut fumus eius nubes penetret. Quod au-



tem singulis diebus, mane & uesperis incen-  
sum fuerit thymiana, admonet nos, ut non  
defatigemur in oratione, sed sine intermissio-  
ne oremus. Sed quod semel tantum in anno  
summus Sacerdos posuerit sanguinem ui-  
tuli & hirci super cornua altaris huius, &  
sparserit eum super altare in festo expiatio-  
nis,

## DE ORATIONE.

nis, significauit ipsum orationis opus per se non expiare peccata nostra, sed ualere propter Christum qui semel pro peccatis satisfecit. Nec licuit super hoc altari aliud præter ordinarium thymiama offerre. A Domino enim precanda sunt ea, quæ secundum, non quæ contra uerbum Dei sunt. Præterea nec hoc ociosum erat, quod non licebat aliud altare, in alijs locis ad adolendum thymiama instituire: quia oratio non ex fide in Christum, sed uel ex præsumptione humanæ iusticiæ, uel ex fiducia humanæ potentie, aut ex fiducia sanctorum, profecta, non est Deo accepta, nec exauditur. Postremo quod solis tantum Sacerdotibus licuerit incensum in hoc Altari adolere, significat nullum incredulum orare posse. Soli enim credentes sunt soli & ueri sacerdotes.

### III.

Sicuti supplices petebant ad aram & impetrabant ueniam à suis hostibus, monstrato Filio, Ita etiam Deus nobis remittit & condonat lapsus propter FILIUM suum qui constitutus est Mediator et Saluator. Magnam prudentiam antiquitatis obseruatio in se continet, ut alio tempore fusius & uberi-

DE MAGISTRATV.

rius (Deo dante) indicabo. Et præsertim Plutarchus hac in re est ualde diligens.

XIIII. LOCVS.

DE MAGISTRATV.

**I**N Apibus habemus uenustam imaginem Magistratus. 1. Sunt prudentes quia habent ordinatam & bene constitutam rempublicam, habent distributas operas, aliæ foris colligunt flores & laborant, aliæ accipiunt onera, aliæ agunt excubias, aliæ domi condunt mella, habent peculiarem regem, gerunt bella. Hæc non possunt fieri sine prudentia, Nunc homines uiuunt in republica sine ratione, ergo nulla sunt studia, nulla est honestarum rerum cognitio. Respublica autē sine studijs conseruari non potest. Hinc sunt tam multa incommoda. 2. Nesciunt uoluptates corporis, id est, sine concubitu producunt foetus ex floribus, Est autem magna laus temperantiæ. Nam intemperantiæ & uoluptates Deum offendunt & nocent ualetudini. 3. Sunt fortes & gerunt bella. Sic nostri Principes debebant iam fortes esse aduersus Turcam, & cum indignatione illis bellum inferre, 4. Non patiuntur ignauos. Hæc

## DE MAGISTRATV.

Hæc est uirtus præcipua, non uoluptatibus se dedere earumq; stipendia mereri: sed gerere aliquid honesto uiro dignum, cum homines ideo sint conditi. 5. Sunt frugales, Multi uero homines sunt prodigi, quasi esset uirtus, illa thralonica & puerilis profusio in res ineptas & non necessarias. 6. Summa obseruantia colunt regem. Hæc est summa Virtus sicut dicit Plato: Nullam uictoriam, nullum triumphum, habere plus gloriæ quam obedientiam. 7. Sæpe moriuntur in acie: sic Principes propter patriam, ipsam uitam in discrimen ponere debent, nec nobis Christianis in professione nostra mors acerba uidebitur.

### II.

Ciconiarum ouis insidiantur uespertilio- nes, hos ut abigant, platani folia in nidos ferunt, quæ uespertilionibus stuporem faciunt. Et hoc non caret significatione, hoc est, fideles ministri benignitate dominorum contra uespertilioes, fures & calumniatores tendendi sunt.

### III.

Delphinus qui in mari principatum tenet propter incredibilem celeritatem & pugnantem

citatem assiduè gerit bellum cum Murena, & in pugna dicitur arte ipsius aluum subire, eamq; quos in dorso gerit aculeis secare atq; diuidere. Sic omnes gubernatores in Ecclesia & repub: addo etiam in scholis belligerari debent cum sophistis, qui sunt uersuti & callidi impostores, qui oues Christi non pascere sed deglutire, non erubescunt. Quare qui ad gubernacula sedent, non prius conquiescant quam uentres ipsorum aculeis penetrarint.

## IIII.

Plinius scribit perpetuam esse Elephorum & Draconum discordiam. Draconem aures Elephanti uulnerare, eiusq; sanguinem cum sit frigidissimus in æstu auide expetere, Mox Dracones inebriati, opprimuntur & rumpuntur. Hæc imago uenustè repræsentat tyrannorum fortunam & exitum. Cum enim sitis nulla alia re quam sanguine Christianorum restingui possit, concedit illis quidem ut hæ immanes & rabiosæ bestię nostro sanguine saturentur: sed sicuti Dracones rumpuntur: sic illis alius exitus nunquam est expectandus. Nam quemadmodum Nero, Herodes, ebibentes sanguinem piorum rupti sunt: Sic etiam huius ætatis tyranni rumpuntur.

Locus.

DE MATRIMONIO.  
XV. LOCVS.  
DE MATRIMONIO.



**I**N sanctissimo & arctissimo foedere amicitie quod uocatur coniugium, hę quinque res inesse debent, 1. Sit amor mutuus inter ipsos, constans & perpetuus, qui quidem regendus est uerbo Dei. 2. Seruetur fides, quę uitat omnes uagas libidines, nec alteri extra hunc ordinem suum corpus communicet. 3. Constituatur societas bonorum & ærumnarum quam Plutarchus uenusta similitudine illustrat. Ut in mixtione ( inquit ) omnia simplicia sic inter se temperantur ut unam quãdam communem speciem efficiant, quę non fuit antea in singulis partibus concurrentibus ad mixtionem : Sic in coniugio non debet locum habere meum et tuum, sed talis communicatio bonorum omnium constituatur ut



DE MATRIMONIO.

non agnosci possit, quidquid fuerit proprium ante conuentionem. 4. Præcipuum deus quo Deus ornare potest ordinem à se institutum est, procreatio sobolis sicuti uenustissime dixit Augustinus: Vt mundus sine Sole, ita matrimonium sine prole. 5. Ad mariti officium pertinet defensio coniugis. Has res complectamur animo, quando scire uolumus, quare Christus se nostrum sponsum appellare non dubitet. Vt enim maritus ardet casto amore coniugis et ei fidem seruat: Ita filius Dei uerè amat Ecclesiam, quæ ipsius uerbum toto pectore pure & incorrupte amplectitur. Deinde sicut coniuges sunt socij non modo facultatum quas habent: sed etiam ærumnarum, Ita Filius Dei cum Ecclesia sua liberali pectore cõmunicat, donans ei suam iusticiam, spiritum sanctum, & uitam æternam. Ecclesia uero uicissim ei offert sua munuscula, uidelicet, inuocationem, gratiarum actionem, confessionem & tolerantiam in ærumnis. Postremo ut fortis maritus suscipit patrociniũ, non modo corporis suæ coniugis, sed etiam totius familiæ, & filios ex coniuge legitimo ordine suscipit: Ita filius Dei defendit suam Ecclesiam, reprimens furorem diabolorum, tyrannorum & ethnicorum; & ex aqua & spiritu per ministerium

DE MATRIMONIO.

um Ecclesiæ gignit Deo patri filios, & sibi fratres charissimos. Hæc collatio nos suaviter consolari potest atq; debet in hac temporum difficultate, in qua multi existimant Ecclesiam negligi à filio Dei.

II.

Psalms 128. uxorem cum uite, filios cum oliuarum ramis confert. Est autem mirifica amicitia & quasi mutuum foedus inter Oleam & Vitem. Non solum incolumis manet uitis, si inferatur Oleæ, sed etiam nouas uires accipit, & tum uuas, tum oliuas gignit, seu uuas, pariter uuarum & oliuarum saporem referentes, est pulcherrima imago, quæ nos monet de rebus multis. Sic & coniunx à marito honores & omnem (Deo duce) prosperitatem habet. Item sic coniunx maritum in domestica gubernatione iuuabit. Et sicuti uitis debile lignum est, adiunctum alijs arboribus: sic Maritus sit uxoris arbor, cui ut debile lignum est adiuncta, hanc tegat, defendat, consoletur. Ad hunc confugiat tanquam ad asylum &c.

DE LIBERTATE  
XVI. LOCVS.  
DE LIBERTATE  
CHRISTIANA.

**E**ST pernecessaria cognitio libertatis Christianæ, quia ostendit in quibus rebus proprie sit Christiana iusticia, quid sit sentendum de ceremonijs, de quibus omnibus extiterunt ætatibus infinitæ dissensiones, Dicam autem hoc loco tantum de gradu libertatis Christianæ, uidelicet quod non propter Legem, sed GRATIS propter CHRISTVM donantur remissio peccatorum, & imputatio iusticiæ. Habemus autem hac de re hanc imaginem.

Serui tribus modis apud ueteres restituebantur in libertatem. 1. Singulis lustris Romani censebantur, hoc est, fiebat facultatum æstimatio. Si quis igitur seruus uoluntate domini sui censebatur, eo ipso facto restituebatur in libertatem. 2. Vindicta. Erat autem Virgula quam habebat in manu is qui permissu domini sui restituebat seruum in libertatem, simul pronuncians cõceptam uerborum formam. 3. Denicq; si quis uoluit dominus magnum beneficium præstare seruo, pro-

## CHRISTIANA.

promisit ei libertatem in testamento; Mortuo domino, seruus liber est.

Hæc forma ad aliam materiam accommodari potest. Nos Christiani sumus liberi. 1. Censu, quod habemur in numero electorum. 2. Liberi sumus uindicta, hoc est, certa ceremonia & certa uerborum formula. Sumus enim uindicati in libertatem in Baptismo. 3. Sumus liberi testamento, hoc est, morte Domini nostri IESV CHRISTI, qui in suo testamento libertatem à peccato nobis promisit.

## XVII. LOCVS.

### DE RESVRRECTIONE MORTVORVM.

Vide Ambrosium libro 5. Tomi IIII. capite 23. de imitatione Vermis Indici, chamæleontis, leporum atque phœnicis, in aquilis, & hirundinibus ut his exemplis ad fidem resurrectionis prouocemur.

#### II.

Sicuti Apes resuscitantur sonitu & uociferatione, & reuocantur tinnitu æris quando  
euo-

## DE RESVRRECTIONE

euolarunt uerno tempore ex alueis, est enim animal natura musicum quod harmonia & numero delectatur: sic p̄j reuiuiscunt, audituri hanc dulcissimam uocem Lazare surge, quæ uox est dulcissima musica & tonus suauissimus &c.



### III.

Habemus etiam insignem imaginem in frumento, quod primum moritur, & deinde lætissime reuiuiscit, &c.

### IIII.

Et somnus habet huius articuli commo-  
nefactio-

MORTVORVM.

nefactionem, ut ipse Filius Dei reuocaturus ex morte lairi filiam restatur Marci 5, cum inquit: Non mortua est puella, sed dormit. Est autem somnus quies animalis uirtutis, quæ fit, cum uapores utiles ex nutrimento exhalant in cerebrum, qui ibi suauiter liquefcunt & defluentes in cerebro, obstruunt meatus sensuum & neruorum motiuorum. Conducitq; ea quies ad recreandas tres uirtutes, ad rigationem cerebri, ad generandos spiritus, & ad perficiendum officium Ventriculi & Epatis. Eadem ratione & nobis hunc conciliamus somnum spiritualem: Cum Vapores utiles, hoc est, cogitationes piæ ex nutrimento cœlesti, uerbo Dei exhalant, illæ cogitationes defluunt & liquefcunt in mente, obstruentes meatus sensuum, hoc est, ut nihil præter uerbum Dei audire, & oculis hunc mundum intueri non amplius expetamus. Et quemadmodum nocte omnes corporis nostri uires somno suauissime rigantur & recreantur, ac oriente Sole ad operas redeunt usitatas. Sic cum uenerit uerus Sol iusticiæ IESVS CHRISTVS, Nos ex somno nostro resuscitati, redibimus ad ea opera obeunda, ad quæ initio conditi & per illum redempti sumus &c.

Hæc breuiter dicere uolui de Imaginibus,  
quæ

## DE RESVRRECT: MORT:

quæ nobis doctrinam cœlestem quæ antea  
 uero & solido fundamento ex sacra scriptura  
 confirmata, corroborata & munita, dulcio-  
 rem & suauiolem reddit. Oro autem proprie  
 & familiariter, ut candidi Lectores candidè  
 de meo hoc studio & diligentia, (si diligentia  
 nominari potest) iudicent, & omnia in mi-  
 tiorem partem interpretentur. Quod si intel-  
 lexero hanc meam operam ipsis non displicere,  
 mox Dei benignitate insigniores Imagi-  
 nes in omnia Euangelia, ad ornandam Ec-  
 clesiam Dei, & studia bonorum homi-  
 num promouenda, in lucem  
 sum editurus.

FINIS.

VITEBERGÆ

EXCVDEBAT IOHANNES  
CRATO.

ANNO M. D. LX.





OCN 181823006